



Specimen literarium inaugurale exhibens quaestiones et explicationes Platonicas

<https://hdl.handle.net/1874/291040>

SPECIMEN LITERARIUM INAUGURALE,

EXHIBENS

QUAESTIONES ET EXPLICATIONES PLATONICAS.

Traj. ad Rhenum, ex typographio J. VAN BOEKHoven.

SPECIMEN LITERARIUM INAUGURALE,

EXHIBENS

QUAESTIONES ET EXPLICATIONES PLATONICAS,

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

JACOBI ISAACI DOEDES,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS LITERARIAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE

IN LITERIS HUMANORIBUS ET PHILOSOPHIA THEORETICA

HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

A. D III M. OCTOBRIS, A. MDCCCLXIV, HORA II.

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTET

GATHARINUS GUILIELMUS MIDDELAND MONTIJN,

ex urbe Sas van Gend.

Traiecti ad Rhenum,

A. J. VAN HUFFEL.

MDCCCLXIV.



221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

328

329

330

331

332

333

334

335

336

337

338

339

340

341

342

343

344

345

346

347

348

349

350

351

352

353

354

355

356

357

358

359

360

361

362

363

364

365

366

367

368

369

370

371

372

373

374

375

376

377

378

379

380

381

382

383

384

385

386

387

388

389

390

391

392

393

394

395

396

397

398

399

400

401

402

403

404

405

406

407

408

409

410

411

412

413

414

415

416

417

418

419

420

421

422

423

424

425

426

427

428

429

430

431

432

433

434

435

436

437

438

439

440

441

442

443

444

445

446

447

448

449

450

451

452

453

454

455

456

457

458

459

460

461

462

463

464

465

466

467

468

469

470

471

472

473

474

475

476

477

478

479

480

481

482

483

484

485

486

487

488

489

490

491

492

493

494

495

496

497

498

499


500

VIRI CLARISSIMI

S. KARSTEN

PRAECEPTORIS DESIDERATISSIMI PIAE MEMORIAE

SACRUM.




OBSERVATIONES AD LOCUM

DE

PARTIBUS ANIMI HUMANI ET QUATUOR VIRTUTIBUS PRIMARIIS,

A

PLATONE IN POLITIA EXPOSITUM.



PROOEMIUM.

De nomine „virtutum cardinalium.”

Quatuor virtutes primariae veterum philosophorum: sapientia s. prudentia, fortitudo, temperantia, justitia, a recentioribus plerumque dicuntur „virtutes cardinales.” Qua aetate illud nomen ortum sit a nullo quantum scio lexicographo notatum est. Adii primum Cangium (Gloss. med. & inf. Latinitatis tom. II, p. 174, ed. Henschel a. 1842), postea alios: Jacob. Facciolati (Lexicon tot. Latin. ed. Forcell. tom. I s. v. 1); Guil. Freund (Wörterb. d. lat. Sprache, tom. I, Brunsvigae 1857); Reinholdum Klotz (Handw. der Latein. Sprache, tom. I, Bruns-

1) Hodie illud emendatius melioremque in formam redactum editur Patavii curante Fraucisco Corradini. Vid. Jahrb. f. Phil. u. Paed. 1863 d. 16 m. Sept.

vigae 1857); Carol. Ern. Georges (Lat.-Deutsches H. Wörterb. ed. 12^a, Lipsiae 1861).

Citantur ab iis conjunctim hi loci, quos, cum doctrinam moralem non attingant, non describam: M. Vitruv. Pollion. de Architectura l. IV c. 6, Priscian., de pond. et mens. p. 1351 ed. Hel. Putsch 1), Cypriani locus quidam ubi agit de cardin. Christi operibus, Isid. 13, 11, 14, Serv. ad Aeneid I : 155 (alii 135, uterque numerus videtur vitiosus pro 131), Jul. Firmic. Materni, Math. libr. 410. Apparent autem e locis allatis duo: alterum, vocabulum „cardinalis” translate in universum indicare id quod primarium, praecipuum est, adjuncta hac notionis flexione, quod ita praecipuum est ut alia res ex ea quasi suspensa sit; alterum, vocabuli usum in doctrina morali esse senioris aetatis.

A Cicerone virtutes illae dicuntur in Officiis: „quatuor partes honesti” (l. I c. 5 § 14, c. 113 § 152, III c. 33 § 116), „haec quatuor” (l. I c. 5 § 15), „quatuor loci honesti” (l. I c. 6 § 18) 2).

1) De vita Heliae Putsch consulere operaे pretium est Adamum: Vit. Philol. p. 111, C. G. Jöcher: Gel. Lexikon t. II (1726) s. v.

2) Diogenes Laertius appellat τέτταρες ἀρετάς (lib. VII, § 92), πρώτας ἀρετάς (ibid.), εἰδη τοῦ καλοῦ τέτταρε (lib. VII, § 100), κενάλωια τῶν ἀρετῶν (lib. VII, § 126), εἰδη τέτταρε τῆς τελείας ἀρετῆς (lib. III, § 90). Alibi vocantur ἄγρυπνουσκοὶ ἀρεταῖ.

„Cardinalium” nomine indicantur ab Ambro-
sio (Ob. a. 397), in Expositione Evang. sec. Lucam
lib. V § 62 (edit. Benedictinorum congregatio-
nis S. Mauri a. 1686, tom. I p. 1370 r) ubi
legimus: „Nunc dicamus quemadmodum in qua-
tuor benedictionibus sit octo complexus. Et
quidem scimus virtutes esse quatuor cardinales,
temperantiam, justitiam, prudentiam, fortitu-
dinem.” Patet inde Ambrosium non primum
fuisse qui ea appellatione usus sit, ponit enim
tanquam receptam 1). Quam significationem
illi tribuerit episcopus si quaeritur, respondeo
veri simillimum esse eum illo nomine indicare
voluisse idem quod Cicero ad Marcum filium
enuntiat his verbis: „omne quod honestum est
id quatuor partium oritur ex aliqua” (de Off.
l. I, cap. 5, § 14) quam sententiam Cice-
ronem e Platone, Stoicis, Epicureis sumsisse
minus accurate monuit Petrus Gassendi, Epic.
Ethicae tom. II p. 136. Descripsit ea verba
Ambrosius, de Off. Min. l. I cap. 24 § 116:
„ab his quatuor virtutibus nascuntur officiorum
genera.” Presse ille sequitur in suis Officiis

1) Alibi eas dicit „quatuor virtutes” (de Off. Min. lib. I,
cap. 24, § 115, 116, ed. Gilbert, Lips. 1839), „virtutum
genera principalia” (ibid. lib. I, c. 50, § 252); „initia virtutum”
(de Parad. cap. 3, ed. Maurinae tom I, p. 1507).

Ciceronis librum ne titulo quidem excepto 1).

Hieronymum nomine „virt. card.” usum esse non vidi, vocat eas „quatuor virtutes” (Vid. Oper. tom. VI p. 565 = Comm. in Naum cap. III; Epist. 66 ad Pammach. Oper. tom. I p. 392 ed. Vallars) at catalogum virtutum Justi dedit in Comment. in Ezechiel. (Op. tom. V p. 203 ed. laud.).

Thomas Aquinas in Summa Theologiae (cujus editione usus sum ea quae prodiit anno 1585 forma maxima Antverpiae apud Plantinum) docet omnes virtutes morales ad quatuor virtutes cardinales reduci, *cardinales* eas dici quia sunt fundamenta aliarum virtutum, cas tantum quatuor numero esse s. prud. just. fort. temper. Eadem significatione adhibita est appellatio a multis recentioris aetatis philosophis. Cf. Stäudlin, Gesch. d. Christl. Moral seit dem Wiederaufleben der Wissensch., Gottingae 1808 passim, Schwarz: Ev. Christl. Ethik, Heidelb. 1836, tom. I p. 271 sq. Laudare sufficiat: Leonard. Less (Prof. Lovan. Ob. a. 1623): de justitia et jure ceterisque virtutibus card. lib. IV ad secundam se-

1) Notandus est duplex error Frid. Henr. Christ. Schwarz. Hic enim in opere: Evang.-Christl. Ethik, tom. I, p. 271 scribit: Ambrosius hat jene Platon. 4 *virt. cardinales* aufgenommen und ist der erste der sie so nennt.

euudae Divi Thomae, Lovan. 1605, Ferdinandum de Castro Palao (tradebat theologiam moralem Compostellae, Ob. a. 1633) qui in Operis sui Moralis tom. VII agit de justitia et jure, prudentia, fortitudine, temperantia; Petrum Charron: „de la sagesse” in: „toutes les oeuvres de P. Charron, Lutet. Paris. 1635” 1) cuius operis lib. III^{us} sic inscribitur „livre trois. auquel sont traictez les avis particuliers de la sagesse par les quatre vertus morales;” Franc. Hutcheson: System of moral philosophy published by his son F. Hutcheson, Londini 1755, tom. I p. 222; Adamum Ferguson: Principles of moral and political science, Edini 1792, tom. II p. 34, aequalem nostrum Cardinalem Eminentissimum Gousset: Theologie Morale, Brux. 1853, tom. I p. 79, 80, 216, 217. Fuerunt etiam qui non quatuor sed plures „virt. card.” statuendas putarent, e. g. J. H. Abicht: Neues System einer philos. Tugendl. Lips. 1790 p. 208 undecim sumit virtt. card. 2). Alii laudantur a Car.

1) Invitante occasione monere liceat optimam editionem operum hujus viri haberi eam quam curavit Renouard, Dibione, 4 voll. 4, 1801. Cfr. Tennemann: Grundr. d. Gesch. d. Philos. ed. Wendt, Lipsiae 1829, p. 333.

2) Idem cur jam multis ante ipsum divisio virtutis placuerit l. c. p. 200 indicat his verbis: Es war schon lange der Wunsch einsichtsvoller Moralisten die vollzählige Summe dieser

Frid. Stäudlin, Neues Lehrb. d. Moral. f. Theol., Gottingae 1825 p. 253, et in Krugii, Encycl. Philos. Lexik. tom. I p. 361.

Procul dubio prae aliis conferri merentur de hoc capite doctrinac moralis Thomasius, de quatuor virtutibus cardin. Lips. 1665 (laus. a C. F. Stäudlin) et Clodius: Programma de virtutibus quas cardinales appellant. Comm. II. Adest Excursus in Galeni libellum quod mores animi corporis temperamenta sequantur, Lipsiae 1820 (Cfr. Engelmann, Biblioth. script. classed. a. 1858 s. v. „Galenus“ 1). Neutrū librum mihi ad manum fuisse est quod doleam, ita enim cogor meo Marte rem persequi.

An licet Latine scribentibus de quatuor virtutibus primariis antiquae philosophiae nomine „virt. card.“ uti? Dicat quis ab ejus usu prorsus abstinentium esse, siquidem constat vocabulum illud „card.“ non usurpasse illos scriptores Romanorum, qui linguae usum accurate tenuer-

allgemeinen Sittengesetze auf welche alle andern zurückgeführt werden müssen und mit denen sich die ganze Sittlichkeit mit einem Blicke überschauen lässt dargestellt zu sehen.

1) Addi possunt: Wyttēnb. ad Plut. de aud. poëtis, I, p. 275 Coll. cum Krebsii nota p. 224, Fabricii Prolegomena in Marini vitam Procli Hamb. 1700, Chr. Garve: Cie. über die Pflichten tom. II, p. 60. Duo priora loca affert C. F. Stäudlin; Neues Lehrb. p. 253.

runt. Fortasse in ea sententia fuit Daniel Wytenbach. V. Cl., abhorrens ille vel a dictionibus iis quae Latinorum morem non satis referrent 1). Vocabat ille eas: „virtutes principes,” aut memorabat „solemnem virtutis in quatuor partes distributionem,” similibusve utebatur appellatio-nibus. Cff. Editio Phaedonis p. 172, Op. Moralia Plut. tom. VI p. 1 p. 275, V. Clar. Annotatio ad Posid. Rhod. relig. p. 282, Philom. tom. II p. 240.

Equidem assensum praebeam sententiae in qua fuit editor Eusebii Praepar. Evangel. lib. XV Frid. Adolph. Heinichen: Theorie des lateinischen Stils, Lipsiae 1842 p. 49, cujus verba haec sunt: „*virtutes cardinales* in der Moral möchte auch nicht immer mit *virtutes primariae* ver-täuscht werden, wie Krebs will.” Aut fallor aut censuit Vir. Doct. formulam loquendi „v. card.” retinendam esse, sicuti alias ejusmodi, tanquam terminum technicum quem vocant, ea signifi-catione qua plerumque usurpatur, quippe cui nulla vox bonac Latinitatis satis accurate respondeat; abrogandam esse eandem ubi adhibe-atur ad indicandas nonnullas virtutes, quibus aliae non „subordinentur” sed „coordinentur,”

1) Cfr. V. Clar. Censura Disp. Jani Ottonis Sluiter in Biblioth. Critica. Vol. III, P. XI.

quod et alibi et in veterum morum officiorumque doctrina factum esse novimus. Erant inter antiquos qui quaecunque susciperent tractanda, sive de moribus, sive de sermone ac disserendo, in artis formam redigerent. Universe pronuntiatum valet sane illud judicium de doctrina morali Stoicorum et Aristotelis. At in Stoicorum sicuti in Peripateticorum doctrina exponenda bene cavendum est ne singulorum placita permisceamus 1). De Stoicis primus hoc satis attendisse dicitur V. Clar. Tennemann in opere: Gesch. d. Philos. tom. IV. Culpantur hoc nomine Tiedemanni Systema philos. Stoicae et scriptio Abbatis le Batteux: Idées des Stoiciens sur la nature de Dieu et du Destin in Opere: Mém. de l'Acad. des Inser. et Belles Lettres, Tom. XXXII pag. 100. Universe dictum illustremus verbis Tertulliani de anima cap. 14: Animus a Zenone dividitur in tres, nunc in quinque et in sex a Panaetio, in septem a Sorano, etiam in octo apud Chrysippum, etiam in novem apud Apollophanem, sed et in decem apud quosdam Stoicorum, et in duas amplius apud Posidonium."

1) Cf. J. C. Hinkel, de variis formis doctrinae moralis Peripateticorum usque ad Ciceronem, Marburgi 1839. 8. Retulit de illo libro V. D. F. Kaiser in Zeitschr. f. d. Alterth. 1842, p. 526—530.

Non omnes Stoici virtutis divisione quadripartita usi sunt, quod patet e verbis Diogenis Laertii (lib. VII, § 92.): *Παναίτιος μεν οὐν δύο φησιν ἀρετάς, θεωρητικήν καὶ πρακτικήν, ἄλλοι δὲ τρεῖς, λογικήν καὶ φυσικήν καὶ ηθικήν. Τέτταρας δέ οἱ περὶ Ποσειδώνιον, καὶ πλείους οἱ περὶ Κλεάνθην καὶ Χρύσιππον καὶ Ἀντίπατρον.* Fuerunt qui hinc efficerent Posidonium habuisse quatuor nostras virtutes cardinales, id autem Diogenis locus in incerto relinquit 1). Plures tamen fuisse Stoicos, qui solemnni virtutis divisione in quatuor partes cum Zenone uterentur 2), tuto efficimus aliunde et e vita Zenonis a Laertio conscripta § 92, § 126. in quibus agitur in universum de Stoicis. Systematice hanc doctrinae moralis partem tractantes multi singulas virtutes et singula vitia primariis quibusdam virtutibus et vitiis subjungabant. Schemata genealogica virtutum e Stoicorum ratione exstant apud Diog. Laert. VII, § 926, et Stobaeum Ecl. Eth. p. 168 3). Pari modo Aris-

1) Calami lapsu V. Doct. F. X. Gruber: Stoicorum sententiae de moribus, Turici 1837. 8. p. 26 τὰς τέτταρας ἀρετάς tribuit Cleanthi, Chrysippo, Antipatro — Alia quadripartita divisio memoratur a Diog. Laert. lib. VII, § 100.

2) Cf. Plut. de Stoic. Repugn cap. VII (edit. stereot. Mora- lium. tom. VI).

3) Cum Stob. Eel. Ethic. non ad manum mihi sint, is autem accuratius hanc rem persequatur, liceat paucis mutatis

totales et qui eum sequuntur indicant quomodo ex una virtute 1) aliae quasi pendeant, *περὶ ποίᾳ* est. Vid. Magna Mor. I, cap. 34, Ethic. Nicom. I. III et IV, libellus de virtutibus et vitiis, Stob. Floril. tit. I, § 18.

Diversa autem fuit Socratis ratio in exponenda doctrina morali. Qualis illa fuerit, parum reffens formam q. v. systematicam, ad vitam prudenter agendam unice comparata, patet nobis e Xenophontis libris. Nam sententiam Socratis ille verius sinceriusque tradidisse videtur, Plato

describere ejus sententiam e Tiedemanni System der stoischen Philos. Lips. 1776, tom III, p. 132 sqq.: Stobäus rechnet folgende fünf Tugenden unter die Klugheit: 1) die gute Ueberlegung, 2) die Ueberlegung (*εἰλογιστικά*), 3) die Gegenwart des Geistes (*αγχιστικά*), 4) die Schlaugkeit (*νουνέχστια*), 5) die Behendigkeit (*εὐπρηχωτικά*). Unter die Müssigkeit ordnet er: 1) die Kunst Plane zu machen, 2) die Kunst mit Anstand zu handelen, 3) die Schamhaftigkeit, 4) die Enthaltsamkeit. Simili ratione dividuntur ceterae.

1) Aristoteles non utitur quadripartita virtutis divisione. Cf. Tennemann: Grundr. d. Gesch. d. Philos. ed. Wendt, p. 148; C. Meiners: Allgem. krit. Gesch. d. ältern und neurn Ethik, tom. I, p. 235 scribit: Plato redet von den vier Cardinaltugenden auf eine solche Art, als wenn diese Eintheilung allgemein bekannt und gar keinem Zweifel mehr unterworfen sei. Eben diescs thaten die Weltweisen der alten Akademie, die Peripatetiker, die Stoiker, die Epicureer. Postrema iisdem fere verbis leguntur apud Petr. Gassendi: Epic, Ethic. tom. II, p. 136. Utriusque sententia facile in errorem inducere potest.

rationem Socraticam: urbanitatem, ironiam, facetias disertius expressisse 1). Neglexit Socrates singularum virtutum primiarum, quas quinque numero docuisse mihi videtur, definitiones dare secundum artis praecpta, neque ceteras virtutes inde deduxit, sed de illis virtutibus, e quibus in vita communi maxime hominis probitas aestimari solet, frequentius sermones miscuit cum discipulis 2). Non alia est Platonis ratio in exponenda

1) Cf. Wyttensb. Ep. ad Heusd. pag. XLII.

2) Krugius: Encycl.-Philos. Lexikon tom. I, p. 361 quatuor virtutes primarias Socratem docuisse statuit: εὐσεβία, ἐγκριτικός δικαῖος. Et in eo Krugius laudandus est quod εὐσεβία primo loco posuit. Minus recte Lud. Dissen in Comm. de philos. morali in Xenoph. de Soer. comm. tradita, Gotting. 1812 (repetita in ejusd. Kleine lat. u. deutsche Schriften. Gotting. 1839, p. 59—88) p. 19. tres virtutes cardinales S. tribuit: temper. fortit. justit. Videntur duae addendae. Cf. Memor. IV : 8, § 11, vita Agesilai cap. III—VI. De pietate erga Deos vid. Mem. I : 1, I : 4, IV : 3. & 4., de justitia Mem. IV : 4, de temper. ibid. I : 5, II : 1, IV : 5, de sapientia ibid. I : 2, IV : 6, III : 9, de fortitudine ibid. IV : 6.

Socratis divisionem virtutis quinquepartitam fortasse amplexus fuit Plato priores suos dialogos scribebus. Difficile autem est ex iis auctoris sententiam assequi. Sane non licet dicere cum Bacone: de Augm. Scieut. V : 4.: „Plato induit personam Socratis, cum co semper agit.” Vid. H von Stein V. Cl in Sieben Bücher zur Gesch. d. Platon., Gottingae 1862, tom. I, p. 6; C. F. Hermann, Gesch. u. Syst. I, p. 391; Tennemann, Syst der Platon. Philosophie, tom. I, p. 143.

aretologia, atque recte se habent verba Tenne-manni: Gesch. d. Philos. tom. II, p. 506: Wir suchen in Platon's Schriften vergeblich nach einem System der Pflichten, ungeachtet er fast alle, einige nur beiläufig, andere ausführlicher berührt 1). Neque id mirum est. Socrati et Platonis principia moralia fundanda erant, indagabant virtutis naturam et officiorum fontem. Maximo animi ardore Socratici disputabant de his potissimum quaestionibus ethicis: an virtutes ita inter se differant ut os, nasus, oculi et aures, aliaeque virtutes sint viri, aliae feminae, aliae juvenis, aliae senis, ita ut nec justitia fortitudinem nec fortitudo justitiam contineat, justusque non fortis nec fortis justus et moderatus sit, utrum ipsa justitia sit nobis appetenda, an tantum species ejus in publicum versa, quo majus lucrum nobis comparemus, percontabantur quonam pacto virtus pariatur, naturane an ratione et usu (Cic. Orat. Partit. cap. 18, § 64), quid sit summum bonum

1) Idem sine dubio affirmare licet de germanis diversissimae aetatis Platonicis. Nuper mihi evolvere licuit Gemisthi Plethonis librum de virtutibus. Acceperam enim „Jo. Stobaei Eclogarum libb. III — — — nunc primum Graece editi; Interpretate Gulielmo Cantero.” Antv. 1575, forma maxima, cui accedit Πλάτωνος περὶ ἀρετῶν. ex biblioth. V (iri) C (eleber-
rimi) Jo. Sambuci (qui fuit historiographus Maximil. II Imp.
Vixi 1531—1584). Sequitur Platonis rationem.

Summa disputationis praecedentis haec est:
Nisi quis velit cognata imponere vocabula rebus,
praestat non uti appellatione „virt. card.” quum
agitur de Socratis et Platonis arctologia, rectis-
sime ea adhibetur de Aristotele et multis Stoicorum.

§ 1.

*De numero et ordine virtutum principum in
palmario Platonis opere.*

In Politia constituit Plato a Socratis ratione discedens 1) virtutes quarum conjunctione omnis perfectio censemur, has quatuor: *σοφίαν* s. φρόνησιν, *ἀνδρείαν*, *σωφροσύνην*, *δικαιοσύνην* (Polit. IV p. 427 E. al.) 2). Illa τέτταρα τῆς ἀρετῆς εἰδη eo ordine in Republica a colloquentibus condita investigantur (Polit. IV 427 E, 428 A, 429 B, 430 D, 432 B). Cum tres sint in ea civitate civium ordines: gubernatorius, militaris et opi-

1) Vid. quae supra dicta sunt pag. 11.

2) Sequor paginarum notationem Henrici Stephani, quam pleraeque recentioris aetatis Platonicorum Operum editiones in margine appietam habent.

ficum ordo 1), singulorum ordinum peculiares virtutes ad eam analogiam se excipiunt, postremo sequitur ea, quae ad omnes aequa pertinet s. justitia. Dicat quis neque temperantiam (*σωφροσύνην*) esse uni cuiusdam reipublicae parti propriam, sed regnare eam per omnes cives, multumque abest ut perhibeam civitatem temperantem esse, sicuti sapiens et fortis est, *μέρει τινὶ ξαντῆς* Polit. IV p. 442 B C, p. 431 E, attamen rei ratio probat tertium ordinem potissimum ad *σωφροσύνην* instituendum esse, in eo magis quam in ceteris eam virtutem desiderari 2). Ni fallor illud non satis attendit Rixnerus (Handbuch d. Gesch. d. Philos. tom. I p. 198) Platonem culpans quod hic minus recte temperantiam praemiserit justitiae, nam, ita ille, justitia e sapientia et fortitudine tantum constat, temperantia vero illa demum efficitur. Gignit quidem temperantiam justitia, sed eatenus, quatenus etiam sapientia et fortitudo ex ea nascuntur 3). Ordo illarum quatuor

1) Indagantur illi in Civitate Pol. II p. 374 — III p. 412 B.

2) Die Mässigung ist allgemein, aber sie findet besonders Statt in Ansehung des dritten Standes der zunächst nur in Harmonie zu bringen ist. Verba sunt Hegelii in: Vorless. über die Gesch. d. Philos. ed. Michelet, tom. II, p. 282.

3) Quaternarium numerum virtutum principum Platonis re-

partium virtutis admodum variat. Cf. Polit. IV p. 433 B (*σωφροσ. ἀνδρεία, φρόνησ. δικαιοσ.*), p. 441 B, 442 D (*δικαιοσ. ἀνδρεία, σοφία, σωφροσ.*), VI p. 504 A (*δικαιοσύνη, σωφροσ. ἀνδρεία, σοφία*). Una vel plures nonnullis locis omittuntur quarum vacuum sedem subinde aliae occupant (*μεγαλοπρέπεια, ἐλευθεριώτης*). Declarant quid velim Polit. III p. 395 C, 402 C, VI p. 487 A, 491 B, 506 D, VIII p. 536 A, IX p. 591 B, X p. 621 C 1). Eandem inconstantiam observare licet in opere de Legibus. Auctor utitur quadripartita honesti divisione 2). Lib. I p. 631 A—E

prehendit Schleiermacherus. (Der Staat, Berol. 1862, p. 19). Idem eadem pagina monet non satis demonstrasse Platonem, „dass die Besonnenheit der Gerechtigkeit auch an und für sich vorangehen müsse”; alibi monet non seria mente eam divisionem a philosopho commendatam esse. Sed arctius cohaeret cum doctrina ejus physica, quam ut ita statuere nobis liceat.

1) Luculentissimum exemplum quod e ceteris dialogis laudari potest, exstat in Menone, p. 88 A *Σωφροσύνη τι καλεῖται καὶ δικαιοσύνη καὶ ἀνδρεία καὶ εὐμάρεια καὶ μηδινή καὶ μεγαλοπρέπεια καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα;*

2) Specie est eadem virtutis divisio quae in Politia occurrit: non differunt nomina, sed singularum indeoles longe alia est. Ut verbo dicam, explicantur ibi fere eo sensu quo sermone vitae communis intelliguntur. *φρόνησις* v. c., quomodo vulgo in opere de Legg. prima virtus dicitur, ubi conjunctim enumerantur quatuor primariae virtutes, (Legg. I p. 630, V. p.

(quocum conf. V p. 726) ab hospite Atheniensi, qui doctoris partes sustinet, data opera agitur de pretio, quo virtutes illae aestimandae sunt a legislatore, sed ne quis inde efficiat, ordinem quo in his libris enumerantur τὰ τῆς ἀρετῆς μέρη minus fluctuare quam in Politia, neque alia demi, alia addi. Vid. IV p. 712 A, V p. 733 E, VIII p. 837 C, XII p. 963 C, 964 B, 965 D. Causam hujus varietatis indicare liceat, impri-
mis propter utilitatem quam affert ejus notitia
interpreti Platonis. Plato in dialogis suis nun-

733, XII p. 963, 964, 965, est prudentia, qualem senes multarum rerum usu sibi comparant (Legg. XII p. 965, II p. 665, 672, 659, IV p. 715, III p. 696). Non patet ex opere de Legibus, quale auctor discriben inter veram opinionem et sapientiam constituerit in rebus agendis conspicuum. Σωφροσύνη duplex est. (Legg. IV p. 710 A. B.). Altera δημάρθη s. vulgaris, plebeja, quae continuo apparet in infantibus et brutis, prouti magis minusve continentis sunt circa τὰς ἡδονάς. Altera autem non est virtus primaria, sed multo praestantior est, sc. ea quam φρόνησι cognominamus. Cf. Xenoph. Mem. III § 4. Σωφρόνιος βίου imago proponitur Legg. V, p. 734 A sqq.

Qui hanc vitam agit, servat ille in omnibus modum, non exultat neque in dolore nec in laetitia, nec novit οἰστρώδεις ἐπιθυμίας. Ἀνδρεία quoque duplex est; participes unius sunt belluae et infantium animi (Legg. XII p. 963), altera, multo praestantior, est πιστότης ἐν τοῖς θετοῖς, quae non differt a δικαιοσύνῃ Cf. Legg. I p. 630, Ast ad Legg. tom. II pp. 27, 30.

quam suo nomine loquitur 1), tenuitque dialogi formam in plerisque omnibus suis scriptis, ita ut jure dictus fuerit *de scena philosophus*. Dramaticum scribendi genus ad quotidianum sermonem proprius accedit qui natura sua negligenter est et liberius 2). Nihil a scena vivida magis alienum fuisset quam intolerabilis illa *μοροτορία*, qua semper et ubique eadem vocabula eodem ordine recurrerent, nec unquam circulum eundem egredierentur disputantes. Quantam curam Plato habuerit ut oratio dialogorum esset *animata*, apparet magis etiam hinc, quod saepissime in opere de Legibus, et alibi quoque, colloquentes semet ipsos interrogantes inducuntur, aut alios qui non adsunt. Exemplorum copiam concessit et ordinavit Eduardus Zeller: Platoniche Studien, Tubingae 1839. 8. p. 79—84, quo-

1) Dialogi forma assumta, si quod argumentum in utramque partem verti posset, rationibus satis excussis, liberum judicium legentibus permitti poterat.

2) Hinc explicandi sunt multi loci in quibus liberius sermonis structura est. Exempla facili opera colligi possunt ex Indicibus Stallbaumianis. Hujus generis est locus qui legitur Hipp. Min. p. 363 D: παρέχω ἐμαυτῷ λέγοντα ὅ, τι ἀν τις βούληται ὁ μοι εἰς ἐπίδειξιν παρεσκευασμένον ἥ; clarius dixisset παρέχω ἐμαυτὸν λέγοντα ὅ τι ἀν μοι εἰς ἐπίδειξιν παρεσκευασμένον ἥ. Similiter explicanda sunt e. g. Gorg. p. 449 B, 450 C, Cratyl. 399 E, 422 D, Euthyd. p. 278 A.

cum Cf. Heusdius, Spec. Critic. in Platonem p. 87, qui nonnullis locis allatis, plura hac de re datum seribit D. Heinsium ad Maxim. Tyrium p. 65. Testatur idem narratio de Sophrone Syracusano mimorum scriptore a Platone diligenter lecto, quo magis dialogos suos ad vitae communis speciem formaret. Universe de Platonico dialogo conferri merentur Wyttenb. l. l. p. XL sqq. et F. Thiersch: Ueber die dramatische Natur der Plat. Dialoge, in: Abhandl. der Münchener Akademie 1837 p. 1—59.

§ 2.

De partibus animi humani iisdem illis quae in civitate reperiuntur.

Considerans animum humanum, qualis nunc est priore sua dignitate amissa, Plato tripartitum illum dicit esse. Singularum partium natura intelligitur e nominibus quibus indicantur. Prima pars est τὸ λογιστικόν, quo homo λογίζεται; ceteris duabus, praesertim tamen tertiâ, haec pars multo excellentior est. Vocatur τὸ ημερον καὶ ἀρχον τῆς ψυχῆς, τὸ φρόνιμον, δὲ λόγος, δὲ νόμος, τὸ φιλόσοφον καὶ φιλομαθές, τὸ δειγνεῖς τῆς ψυχῆς μέρος. (Vid. Polit. IX p. 571, 586 D, IV p. 442,

Tim. p. 69, Pol. X p. 604 B, III p. 411 E, IV p. 435 E, II p. 376 B, Tim. p. 41, Politie. p. 309 C). Pol. IX p. 581 B sqq. Pars altera dicitur *τὸ θυμοειδές* 1), ὁ *θυμός*, *τὸ θυμικόν*, *τὸ (φιλότεικον)* *φιλότηκον καὶ φιλότιμον*, *τὸ ἄγριον* habet illa τὴν τοῦ λέοντος φύσιν aut *γενναιόν συνίλαπος*: Pol. III : 375 A sq. Vid. e. g. Polit. VIII p. 545 A, IX p. 571 C, VIII 550 B, IX p. 581 A sqq. p. 589 B. Bene exulta, est adjutrix rationis s. mentis contra tertiam eamque maximam animi partem, (Polit. IV p. 441 A. E., 442 A.), quae appellatur *τὸ ἐπιθυμητικόν*, *τὸ φιλοκερδές καὶ φιλοχρήματος*.

Oriuntur ex hac ignobilissima 2) animi parte cupiditates, tam necessariae, sed quae modum excedere non debent 3), quam eae quae semper rejiciendae sunt: cupido cibi, potus, veneris, lucri studium, corporis ornatus et mundities, quae omnia quum pecuniae ope expleantur, hujus multiformis animi partis *ἡδονή* dicitur esse τοῦ *ζέρδους*: Polit. IX p. 580 E sq. IV p. 439 D, 442 A.

1) A Xenophonte saepius dicitur de equis, Cf. Conv. cap. II § 10, de re eq. cap. I § 8, cap. IX § 2, § 8, Mem. IV: cap. I, § 3.

2) Polit. IX p. 589 E, X p. 611 B.

3) Polit. II p. 357 B, VIII p. 558 D—559 C, IV. p. 439 C. D, 431 C—432 A.

Legimus Polit. IV p. 441 C καὶ ημῖν ἐπιεικῶς
 ὅμολογεῖται τὰ αὐτὰ μὲν ἐν πόλει, τὰ αὐτὰ δὲ
 ἐνὸς εἰάστον ψυχῇ γένη ἐνεῖναι καὶ ἵσα τὸν ἀριθμὸν.
 Civitas a Platone proponitur tanquam magnus
 homo, homo tanquam parva civitas. Quot rei-
 publicae formae sunt, tot Platonis sunt hominum
 species. Homo in se ipse habet rempublicam.
 (Pol. IX p. 581 E, 592 E, X p. 608 B). Ad ho-
 minis justitiae naturam inveniendam Plato prius
 contemplatur eam in civitate. Perinde investi-
 gandam esse justitiam monet, ac si quis non
 acute cernentibus literas parvas proculque po-
 sitas legendas mandasset, deinde animadver-
 tisset easdem literas esse alibi in majori quo-
 dam loco majores, atque inde operae pretium
 censisset ut has primo legentes, ita demum
 minores considerarent 1). Videtur mihi ad-
 modum πλατωνικῶς scripta verba Vineti :
 Essais de philosophie morale et de morale
 religieuse, Paris 1837 pag. 13 : Le genre hu-
 main est plus conséquent que les individus.
 Telles sont ses moeurs, telle est aussi sa
 philosophie. C'est à cet homme collectif que
 s'appliquent les observations que nous avons
 présentées ; ces observations vraies des individus

1) Cf. Polit. II p. 368 D, VIII p. 551 D.

en général le sont sans réserve transportées à l'humanité.

Age partes animi in civitate indagemus. Trium animi humani partium aliae aliis in hominibus propendent. Inde tria prodeunt hominum genera: philosophi in quibus $\tau\delta\lambda\gamma\iota\sigma\tau\iota\kappa\o\nu$, iracundi in quibus $\tau\delta\theta\eta\mu\iota\kappa\o\nu$, denique homines lucri amantes, et earum rerum quae opibus pariuntur, in quibus $\tau\delta\epsilon\pi\iota\theta\eta\mu\eta\tau\iota\kappa\o\nu$ regnat (Polit. IX p. 580 D). Hace tria hominum genera in civitatem congregata tres constituunt civium ordines. Ordines illi sunt: ordo philosophorum, qui respondet $\tau\phi\lambda\gamma\iota\sigma\tau\iota\kappa\omega$, ordo militaris, qui respondet $\tau\phi\theta\eta\mu\iota\kappa\omega$, denique ordo opificum, qui respondet $\tau\phi\epsilon\pi\iota\theta\eta\mu\eta\tau\iota\kappa\omega$. Servorum mentio a Platone hunc locum tractante non fit, neque enim illi statim in civitate adsunt, sed e barbaris gentibus sunt arcessendi. Polit. V, p. 469 C hoc praeceptum legimus μηδὲ Ἐλληνα ἄρα δοῦλοι ἐπῆσθαι μήτε αὐτοὺς, τοῖς τε ἄλλοις Ἐλλησιν οὔτω συμβούλεύειν; — — — μᾶλλον γ' ἀν οὕτῳ πρός τοὺς βαρβάρους τρέποιντο, ἐαυτῶν δ' ἀπέζοιντο.

In Politia tres civium ordines semper diversi et separati a se invicem proponuntur. Alia reipublicae ratio est in *Nόμοις*; in qua cives, prout requiritur, tam civilibus quam militaribus gerendis rebus adsunt.

Nexus animi humani et civitatis breviter expo-

sito, liceat ad tres Politiae locos in medium proferre nonnulla cum hoc argumento conjuncta.

Polit. IV, p. 440 E. ή καθάπερ ἐν τῇ πόλει ξυνεῖχεν αὐτὴν τρία δύτα γένη, χορηγατιστικόν, ἐπικουρικόν, βουλευτικόν, οὗτοι καὶ ἐν ψυχῇ τρίτοι τοῦτο ἔστι τὸ θυμοειδές, ἐπίκουρον δὲ τῷ λογιστικῷ φύει ἐὰν μή ὑπὸ καιῆς τροφῆς διαφθαρῇ.

Praeeunte Cicerone vertimus vulgo τὸ θυμοειδές per *iram*. Sed praestaret vocabulum Graecum retinere quam ita vertere. Ira a veteribus quoque proponitur tanquam affectus 1), itaque semper ratione carens, praeteriens, dum ὁ θυμός Platonis semper in homine adest 2). Eandem aut similem difficultatem interpreti pariunt plura Graecae linguae vocabula, praesertim Latino interpreti; videtur enim haec lingua non aptissima esse ad exprimendas notiones abstractas quas vocamus. Succurrunt ἀναισθησία, ἥθος, πάθος, αἰδώς et αἰδημων, ἐντελεχεία, σωφροσύνη. Ex postremis verbis ἐὰν μή ὑπὸ καιῆς τροφῆς διαφθαρῇ ne efficias τὸν θυμόν, si non bene exultus est, adjuvare tertiam animi partem. Quamquam non semper adjutor est rationis s. mentis ejusque monitis assensum

1) Vid. c. g. Seneca, de Ira, tom. I ed. Bipont

2) ὁ θυμός semper in homine adest, respondet ordini militari in civitate, itaque in Platonis civitate semper adest exercitus (staand leger).

praebeat 1) nunquam tamen socium se offert cupiditatibus, tum ipse imperium affectans. Quodammodo mira videtur illa sententia, etenim amat Plato tria ita conjungere, ut unum sive medium particeps sit utriusque extremi, δέσμους τὸν μέσων ἀμφοῖν ξυναγωγούς. Cf. Tim. p. 31 C et alibi in Tim. Volo τριχοτομίας Platonis, quarum aliae in re positae sunt, aliae attingunt formam, verba, quas dixeris τριχοτομίας oratorias. Exempla sunt: θεός, θεοὶ γεννητοί, ἀνθρωπος — σοφία, δόξα ἀληθής, ἀμαρτία Symp. p. 189 D. E.: πρῶτον μὲν τριά ἡν τὰ γένη τῶν ἀνθρώπων, οὐχ ὥσπερ τῦν δύο, ἀλλεν καὶ θῆλυ, ἀλλὰ καὶ τρίτον προσῆν, καιρὸν δὲ ἀμφοτέρων. Cfr. p. 190 B, 202 A, 203 E, 204 B, Polit. VI, p. 507 E, VIII, p. 547 D, Phaedr. p. 253 D, Legg. VIII, p. 837 D. Similia exempla inveniuntur in fragmentis Pythagoreorum apud Stoicorum, de quibus postea erit agendi locus.

Polit. IX p. 581 B. Τὸν οὐμοειδές οὐ πρὸς τὸ κρατεῖν μέντοι φαμέν καὶ εὐδαιμεῖν αἱρεῖ ὁλον ὀρμῆσθαι; Καὶ μάλα. Εἰ οὖν φιλόνετον αὐτὸν καὶ φιλότιμον προσαγορεύομεν, η ἐμμελῶς ἀν ἔχοι; Ἐμμελέστατα μὲν οὖν.

Cobetus, Vir Clar., ubique restituendum docet φιλόνετον. Astius in Lexic. Platon. tom. III p.

1) Pol. III p. 411 E, 410 D, II p. 375 B, Tim. p. 69 D.

493 sq. solummodo attulit adj. *φιλόνεικος* cum deriv., sicuti ni fallor ubique habet C. C. E. Schneider in editione Politiae 1). Codices litem dirimere nequeunt, nulla enim in libris frequenter est commutatio quam vocalis, et diphthongi ει, quae neque in inscriptionibus satis distinguuntur. Provocare licet ad Tischendorfii annotationem criticam in N. T. Nota est Lobeckii commentatio de adjectivis in ιος et ειος excontibus, ad Sophoc. Ajac. 108, et altera haec V. Doct. G. Harless, de significationibus vocabulorum στρατία et στρατεία in Zeitschr. f. d. Alterth. W. ad a. 1842 p. 55—60, neque enim semper mere orthographica difficultatem parit illa vocalis, et diphthongi ει commutatio. Nomen de quo agimus jam veteres vario modo vertunt. Cicero vertit „vincendi studio inflammatus” quod unice convenit nostro loco et nonnullis aliis, e. g. Polit. p. 583 A, 586 D. E. p. 545 A. Themistius contra in orat. II de Constantio Imperatore scribit καὶ ἐν μὲν βασιλεῖον ἐν αὐτῇ, ἐν δὲ αὖ θυμοειδές καὶ μαχητιὸν, ἐν δὲ καὶ δῆμος πολὺς et paulo serius iterum τὸ μαχητιὸν καὶ θυμοειδές (Cfr Themistii Orationes, Gr. et Lat. cum notis J. Harduini, Paris 1684

1) Platonis Opera Graece. Rec. et Annot. Critica instruxit Car. Ern. Christoph. Schneider, Lips. 1830. — Tria priora volumina continent Civitatem.

p. 35). Discrimen est inter „vincendi studio inflammatus” et „μαχητικός.” Ni fallor semper φιλόνικος vincendi studio inflammata, numquam rixae studiosa dicta fuit a Platone haec animi pars, quae in civitate convenit cum ordine militari. Cff. imprimis Polit. IX p. 583 A; 586 D. E.; VIII p. 545 A et Stallb. Rep. tom. II p. 171.

Polit. X p. 612 *καὶ τότε ἀν τις ἴδοι αὐτῆς τὴν ἀληγοή φύσιν, εἴτε πολυείδης εἴτε μονοείδης, εἴτε ὅπῃ ἔχει καὶ ὅπως.*

Tum demum nos veram animi naturam contemplatos esse Socrates ibi dicit, quum purgatus is fuerit a sordibus marinis, quae nunc ei tamquam Glauco marino adhaerescunt Locum illum conjungenti cum Polit. IX p. 588 B sqq. ubi legimus: si quis reperire velit qualis revera sit animus, necesse est eum consideret qualis futurus sit purus factus, exuta scilicet leonis aliarumque bestiarum natura, nam multo pulchriorem tunc appariturum esse, appetet veram animi naturam in Politia proponi tamquam simplicem. At non semper Plato ita statuisse videtur. Argumentum quintum pro immortalitate animi in Phaedone hoc est, quod simplex sit neque dissolvi possit. Legimus Phaedon. p. 80 B *τῷ μὲν θεῖῳ καὶ ἀθανάτῳ καὶ νοητῷ καὶ μονοείδει καὶ ἀδιαλύτῳ καὶ δεὶ ωσαντῷ καὶ κατὰ ταῦτα ἔχοντι ἐαυτῷ δύοιστατον εἶναι ψυχὴν.*

In Phaedro autem non proponitur animus ante ejus conjunctionem cum corpore humano tamquam unum aliquid quod dissolvi nequeat, sed tanquam simillimus bigis alatis cum auriga suo 1) E Timaco, qui dialogus a Platone sene conscriptus est, et arctissime cohaeret cum Politia 2), discimus irrationales animi partes (*τὸ θυμοειδές* et *τὸ ἐπιθυμητικόν*) una cum corpore interire, solam rationalem immortalē esse habendam 3),

1) Duplii potissimum modo illam allegoriam, quae invenitur Phaedr. p. 246, interpretantur. Hermias ad Phaedr. ed. Ast, p. 126, explicat illam e Timaeo loco supra allato, eumque secutus est C. F. Hermann. At plerique autem interpretes sequuntur Plutarchum: Quaest. Platon. Qu. IX. cap. I: Καὶ Πλάτων αὐτοῖς, εἰκάσιαι συρρύτῳ ζεύγει καὶ ἡνίοχῷ τὸ τῆς ψυχῆς εἶδος ἡνίοχον μὲν ὡς πάντες δῆλον, ἀπέργης τὸ λογιστικὸν τῶν δὲ ἵππων τὸ μὲν περὶ τὰς ἐπιθυμίας, ἀπειθές καὶ ἀναγνώρητον παντάπατο — — — τὸ δὲ θυμοειδές, εὐήντινον τὰ πολλὰ τῷ λογισμῷ καὶ σύμμαχον (Vid. Edit. stereot. Moral. tom. V. p. 543). J. G. Hullemann, Vir Clar. in Disq. de legibus lib. civ. vindicibus, Traj. ad Rhen. 1837, p. 75, banc exhibet interpretationem: malus equus est "Ἐρως πάγιδηρος, alter "Ἐρως οὐράνιος. Ceterum Cfr Heusdius, Init. phil. Plat. III p. m. 26, 178, 179.

2) Cfr Tim. p. 17 C, 27 C. Hermann, Gesch. u. Syst. I p. 536; de partibus anim. immort. p. 7; Tschorzewski, de Politia, Timaeo, Critia ultimo Platonis ternione, Casanæ 1847.

3) Ipsum Platonem rationalem et irrationalem animi partem mortalitatis nomine distinxisse affirmat Plut. (?), de plac. philos. IV : 7. Erant inter Platonicos qui irrationalem quo-

eandem tamen mixtam et compositam (Tim. p. 35 A, 36 E, 37 A). Cfr C. F. Hermann, de animi partibus immortalibus secundum Platonem. Praef. Ind. Schol. in Acad. Georg. Aug. habend. a. 1850—51 impr. pag. 13, J. A. Ahlander et P. O. Wiberg: Diss. de veterum in genere philosophorum praecipueque Platonis de animi vi et immortalitate sententiis, P. I, Lundae 1851. 8. p. 4—16.

Apparet Platonem sibi hac in re non constare 1). Inconstantiae illum absolvi non possum veteres tum recentiores monuerunt. Cf. Cic. de nat. deor. I, cap. 12, Galenus, de foet. form. tom. IV, p. 699 Kuhn. (laudatus uterque ab Hermanno l. l. pag. 8), Brucker, tom. I, p. 663, Tennemann, Syst. der Platon. Philos. tom. I, p. 139. Causam bene explicat Hermannus, Gesch. u. Syst. der Platon. Philos. tom. I (unico) p. 356 coll. cum p. 344. 2).

que partem immortalem praedicarent. Off Procl. ad Tim. p. 311, Olympiod. Schol. ad Phaedon. § 175.

1) Hand multum abest quin ad Platonem quoque traham verba Ed. Röth: Gesch. unserer abendl. Philos. Manhemii 1858, tom. II, p. 2, pag. 864: Dic moderne Vorstellung von einer absolut einfachen und desshalb ganz unräumlichen Seele war dem früheren Alterthume völlig fremd.

2) p. 356. Ueberhaupt lässt es sich schwer denken, dass ein Mann dessen schriftstellerische Lebenszeit einen Zeitraum

§ 3.

De sapientia, prima virtute primaria.

Sapientia civitatis inest in ordine magistratum; legimus Polit. IV, p. 428 E: *Τῷ συνιροτάτῳ ἄρα ξύνει καὶ μέρει ἔσωτῆς, καὶ τῇ ἐν τούτῳ ἐπιστήμῃ, τῷ προεστῷ καὶ ἀρχοντι, δλη σοφὴ ἀν εἰη κατὰ φύσιν οἰκισθεῖσα πόλις. καὶ τοῦτο, ὡς ξοικε, φύσει ὀλίγιστον γίγνεται γένος, ὃ προσήνει ταῦτης τῆς ἐπιστήμης μεταλλαγγάνειν, ἢν μόνην δεῖ τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν σοφίαν κατέισθαι.* Consentanea est definitio ejusdem virtutis in perfecto homine (Polit. IV p. 442 C) *Σοφὸν δέ γε [unumquemque virum voca-*

von mehr als fünfzig Jahre umfasste, und auf dessen Geistesbildung eine solche Menge äuzere Einflüsse und unvorgesehener Ereignisse einwirkten, sich von Anfang bis zu Ende so gleich geblieben wäre, dass er den angesangenen Faden nirgends neu aufzuspinnen brauchte.

P. 344. idem Vir Clar. monet de Platone, dass sein System an sich betrachtet schon eine solche Folgerichtigkeit und innere Harmonie darbiete, dass es sich auch ohne Kenntniss dieser äuzern Bedingungen (ordinis chronologici singulorum librorum) aus sich selbst, und den allgemeinen Bedürfnissen des menschlichen Geistes verstehen und begreifen liesze. Verbis illis assensum praebuit Th. G. Danzel in Diss. cui tit.: *Plato philosophiae in disciplinae formam redactae auctor atque parens*, Lipsiae 1845, pag. 61.

mus] ἐκείνῳ τῷ σμικρῷ μέρει, τῷ δὲ ἡρῷ τῷ ἐν αὐτῷ καὶ ταῦτα παρήγειλεν, οὗτον αὖτις επιστήμην ἐν αὐτῷ τὴν τοῦ ἔνυμφέροντος ἐκάστῳ τε καὶ δὲ τῷ ποιῷ σφῶν αὐτῶν τριῶν ὅντων.

Ex utraque definitione hanc virtutem dixeris *σοφίαν*; dicitur etiam φρόνησις in Politia e. g. IX, p. 591 B ubi junguntur σωφροσύνη, δικαιοσύνη, φρόνησις. Discrimen inter utrumque vocabulum proprie hoc est, quod *σοφία* est insita quaedam vis sive facultas, φρόνησις autem actio, cogitatio animi *σοφού* 1). A Platone utroque nomine promiscue appellatur tum sapientia illa, in qua intuenda discendaque ab aeterno puri animi versantes summa gaudebant beatitate, tum illa quae in quadripartita honesti divisione primum locum tenet. Albertus Hafner (in Disputatione praemio ornata, quae exhibet Platonis et Stoic. de virtutibus primariis doctr. comparationem, Turici 1850. 8) 2) Platonem ita distinxisse inter utrumque

1) Ceterum de utriusque vocabuli discrimine vid. Bekkeri Oper. Plat. ed. Londin. tom. I, p. 97. Suidas ed. Bernhardy tom. II p. 835. Φρόνησις non ironice a Platone usurpatur sicuti *σοφός*. Cf. Ast. Lexic. Plat., tom. III p. 263, 512.

2) Habet illa disputatio praeter alias hanc quoque laudem quod nimirum Politia, qua laude ornari non debet Car. Frid. Staudlin. Vid. ejus Gesch. der Moralphilos. p. 154—170. In mentem venit moniti quod in simili re dedit H. Ewald,

vocabulum statuit, ut liceat mihi illud verbis Plutarchi enunciare, e cuius sententia *σοφία* ea virtus est, quae finem habet *ἐπιστημονικὸν καὶ οἰωρητικόν*, φρόνησις spectat τὸ βούλευτικὸν καὶ πρακτικόν. Ofr Plutarch. de virt. mor. cap. 5 (ed. stereot. Moral. tom. III, p. 212). Non recte Hafnerum ita sensisse patet e multis locis. Cfr Polit. VI passim, IV p. 433, IX p. 591, X p. 621, qui docent Platonem in usu illarum vocum variare. Talem inconstantiam in Platonis scriptis obviam memorat Maximus Tyrius in Diss. XXVII (ed. J. Davisius, Londini 1740. 4) ἐγώ γάρ τοι τὰ τε ἄλλα, ναὶ ἐν τῇ τῶν ὀνομάτων ἐλευθερίᾳ πείθομαι Πλάτωνι. Ipse philosophus fatetur se singulas voces minus curare: Polit. VIII p. 533 Εἰστι δ', ὡς ἔμοι δοκεῖ, οὐ περὶ ὀνόματος ή ἀμφισβήτησις, αἰσ τοσούτων πέρι σκέψις ὅσων ἥμīν προκεῖται. — Charm. p. 163 D Ἀλλ' ἐγώ σοι τίθεσθαι μὲν τῶν ὀνομάτων δίδωμι ὅπῃ ἀν βούλη σκαστον, δῆλου δὲ μόνον ἐφ' ὁ, τι ἀν φέρῃς τοῦνομα ὁ, τι ἀν λέγῃς. — Legg. I p. 644 Λ ἥμεῖς δὲ μηδὲν ὀνόματι διαφερόμεθ' ἀλλήλοις.

V. Clar. (Jahrb. f. d. bibl. Wiss. 1856, p. 251): Es ist aber nothwendig dass man überall von dem Buche ausgehe. welches sie [placita illa] wirklich aufs vollständigste zusammenfassen will. Novimus autem Politiam jam ab Aristotele habitam esse absolutissimum Platonis opus, quod cum Timaeo saepissime citavit. Vid. Zeller: Platon. Studien, pag. 202, 203.

Add. Theaet. p. 184 C, Politic. p. 261 E,
Soph. p. 218 C 1).

Verba τῷ σμικροτάτῳ ἄραι οὐρανοῖς Polit. IV p. 428 E (locum supra attuli pag. 27) Frid. Schleiermacher minus accurate dicta putabat. In versione ejus Germanica Civitatis p. m. 17 inter alia haec leguntur: Eben so die etwas zu leicht zugegebene Bemerkung deren Richtigkeit für den Staat vielleicht erfolgreich zu bestreiten wäre, dass diese Erkenntniss nur einem sehr kleinen Theile der Bürger einwohnen könne, scheint mehr um der Seele willen hervorgehoben zu sein. Videtur illi sententiae praestantissimi Platonis interpretis assensus praebeti non posse. Notum est ejus nobilissimum effatum, nisi philosophi civitatibus praesint vel hi qui nunc imperant philosophentur, non fore civitatibus

¹⁾ Nonnulla exempla quae succurrunt afferre liceat. Non constans est in usu vocabulorum εἶδος et ἴδει. Cf. Wyttens. ad Phaedon. p. 274, cui adsentitur V. Doct. A. J. Vitringa: de egregio quod in rebus corporeis constituit Plotinus pulcri principio, Daventriac 1860. 4. p. 23; Car. Kühn, de dialectica Platonis, Berol. 1843, 8, pag. 7. (Interdum tamen distinguuntur ita, ut εἶδος magis objective dicatur) — ποίησις, ποιεῖν et δρᾶν promiseue occurrunt Sophist. p. 248. Cf. Ritter: Gesch. der Philos. tom. II, p. 187; τὸ δὲ, ταῦτα, τὸ ἀληθές. Vid. Wyttens. ad Op. Moral. Plut. tom. VII, p. 246; φιλόσοφος et φιλοσοφίς. de quibus vocabulis egit Wyttens. ad Phaedon. p. 217.

ullam requiem malorum 1): οὐκ μὴ — — η̄ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύοσσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, η̄ οἱ βασιλῆς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσται φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ικανώς, καὶ τοῦτο εἰς ταῦτὸν ξυμπέσῃ, δύναμίς τε πολιτικὴ καὶ φιλοσοφία — — — οὐκ ἔστι οὐκῶν παῦλα — — — ταῖς πόλεσιν 2) (Polit. V p. 473 C. D. ubi vid. Stallb. coll. Heusd. Init. tom. III p. 74 & Polit. VI p. 501 B). At philosophum esse e mente Platonis difficillimum est.

Polit. lib. VII enumerantur artes, quibus instituendi sunt ii, qui aliquando ad idearum no-

1) Parum interesse utrum unus an plures praesint civitati dicit Plato sub finem lib. IV Politiae, at in Politic. p. 302 facit cum Homero (Iliad. II, 204) οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιράνην πτέ.

2) In Legibus IV, p. 715 D. legimus: ἐν ἦ μὲν γάρ ἀν ὀρχόμενος η̄ καὶ ἀκυρος νόμος, φθόραν ἡρῷ τῇ τοιχύῃ ἐτοίμην οὖσαν· ἐν ἦ δὲ ἀν δεσπότης τῶν ὀρχόντων, οἱ δὲ ἀρχοντες δύνλοι τοῦ νόμου, σωτηρίαν καὶ πάνθ' ὅσα θεοί πόλεσιν ἔδοσαν ἀγαθὰ γηγνίμενα καθορῷ. In Politia summa auctoritas penes philosophos est, qui curare debent ut leges a civibus observentur, at in Νόμοις ipsi Legibus adstricti sunt. Cfr. Legg. IX, p. 875, Polit. III, p. 398, IV, p. 425 C, Legg. II, p. 653, Polit. X, p. 619, VI, p. 489. 491, VII, p. 538, VIII, p. 550 al. Eam viam, in quam edueatio hominem deduxit, sponte tenet Ceterum recte Aristot. discrimen inter Polit. et Leges Plat. constituit hoc: (Polit. II, cap. 3) Καὶ γάρ ἐν τῇ Πολιτικῇ ποὺι ὀλίγων πάμπον διώρικεν ὁ Σωκράτης. . . . Cons. etiam Ast: L. u. S. p. 384.

titiam, quae obscura in eorum animis insita est, clariorem reddendam adducendi videantur. Sunt illae arithmeticā, geometriā, stereometriā, astronomiā, musica, et quae, tanquam primaria, extremitate loco nominatur, dialectica 1). Deinde veri philosophi nonnisi illi esse possunt, qui student puro et ab omnibus libero cupiditatibus animo coelestem quandam in terra vitam agere, illi quorum tota vita commentatio mortis dici potest, quum deserant fluxam hancce et mortalem naturam et quae cum corpore conjuncta sunt. Polit. VI p. 500 C D, 508 E, 509 A.

Polit. IV p. 442 C pars ea quae in nobis imperat dicitur *σμικρὸν μέρος*. Cur *σμικρὰ* illa pars a Platone dicta sit nescio. Fortasse inde quod *τὰ σμικρὰ πρὸς τὰ μέγαλα σμικρά ἔστι*. Id quod simplex est atque constans (*τὸ λογιστικόν*) videtur parvum, si comparatur cum alia re (*τῷ ἐπιθυμητικῷ*) a qua omnis abest constantia omnisque actionis concentus (Polit. VIII p. 561 A—E, IX p. 586 A B. Coll. Gorg. 481 D, E sq., 493 B), atque ideo videtur maxima dici Polit. IV p. 442 B. al.

1) Vid. E. v. Voorthuysen H. Fil.: de Platonis doctrina de communione bonorum, Traj. ad Rhen. 1850, p. 36 sq.; Tennemann, Gesch. der Philos. tom. II, p. 282, Kapp: Platon's Erzieh. Lehre, Mindae 1833. 8. impr. p. 157—192.

§ 4.

De Fortitudine.

Plures definitiones hujus virtutis rejectae erant in Lachete, pro natura hujus dialogi, quam cum aliis communem habet, (p. 191 A, 192 D, 195 A, 199 B) nec pro dignitate philosophi aperte ejus indolem significaverat in illo dialogo scriptor 1). Alia rei ratio est in Politia. Ibi fortitudo civitatis dijudicanda esse dicitur e fortitudine eorum civium, qui pro ea militant, ceterorum autem civium timiditas vel fortitudo civitatem nec timidam nec fortem reddere valere (cf. Polit. IV p. 429 B). Ἀνδρεία — πόλις μέρει τινὶ ξανθῆς ἐστι, διὰ τὸ ἐν ἐπείνῳ ἔχειν δύναμιν τοιαῦτην, ἢ διὰ παντὸς σώσει τὴν περὶ τῶν δεινῶν δόξαν, ταῦτά τε αὐτὰ εἶναι καὶ τοιαῦτα, ἀ τε καὶ οἵα ὁ νομοθέτης παρηγγειλεν ἐν τῇ παιδείᾳ. Brevius σωηρεία τῆς δόξης τῆς ὑπὸ νόμου διὰ τῆς παιδείας γεγονίας περὶ

1) Singulis in dialogis a primis initiiis res pertractat adque certum quendam finem perductas missas facit, alio deinceps libro eas instituturus. Subeunt haec scribenti verba Polit. IV, p. 430 C: αὐθις δὲ περὶ τῆς ἀνδρείας πάλλιον δίκεν, quae C. Dilthey minus recte spectare censet ad opus de Legibus, quod jam tunc Platoni aliquomodo obversatum fuerit (Platon. librorum de Legg. examen, Gottingae 1820. 4. p. 17).

τῶν δεινῶν, ἃ τέ ζοτι οὐαὶ οἴα (p. 429 C). De Fortitudine singulorum hominum, qua sit ut casus externi eos non conturbent, agitur Polit. IV p. 442 C *Καὶ ἀνδρεῖον δὴ — τούτῳ τῷ μέρει παλοῦμεν ἐνα σκαστον, δταν αὐτοῦ τὸ θυμοειδὲς διασώζῃ διά τε λυπῶν οὐαὶ ήδονῶν* 1) *τὸ ὑπὸ τοῦ λόγου παραγγελθὲν δεινόν τε οὐαὶ μῆ.*

Neutra definitio talis est ut explicatione indigeat, quare transibo ad alium locum cum hoc argumento conjunctum.

Legimus Polit. IV p. 430 B *Δουκεῖς γάρ μοι τὴν οὐρὴν δόξαν περὶ τῶν αὐτῶν τοιτων ἀνευ παιδείας γεγονυῖαν, τὴν τε θηριώδη οὐαὶ ἀνδραποδώδη οὔτε πάνυ νόμιμον ήγεῖσθαι, ἀλλο τέ τι η ἀνδρεῖαν οὐαλεῖν.* Pro τὴν οὐρὴν nonnulli codices 2) Vind. E, Ambros. C,

1) ἡδονὴ est μέγιστον κακοῦ δέλεαρ et λύπαι sunt αγαθῶν φυγαι. Cf. Tim. p. 69 cuius loci prior pars citatur a Plut. in Vita Catonis, cap. 2.

2) Codices MSS. qui, praeeunte Schneidero, passim laudantur, hi sunt: Paris. A saec. IX aut X — Vatic. B (Bekkeri Θ) — Venet. B (Bekk. Σ) saec. XV. — Venet. C. (Bekkeri Π) saec. XII. — Paris. D saec. XII, XIII. — Paris. K saec. XV. — Monacensis B (Bekkeri q) saec. XV. — Ambros. C (Bekk. t) recentioris actatis — Aug. B. (Bekk. v) saec. XVI. — Vatic. H (Bekk. m) — Vatic. M. (Bekk. r) — Flor. A (Stallb. a) saec. XIV. — Flor. B (Stallb. b) saec. XII. — Flor. C (Stallb. c) saec. XV. — Flor. L (Stallb. n) saec. XV. — Flor. R (Stallb. x) saec. XV. — Flor. T (Stallb. z') saec. XV. — Flor. U (Stallb. β') saec. XII. — Flor. V (Stallb. γ') saec. XIII. —

Ang. B., Vatic. H., Flor. A. C. F., Ficin. offerunt lectionem $\tauὴν αὐτὴν$, quam teste Schleiermachero secutae sunt antiquiores interpretationes Germanicae 1). Vulgatam retinuit Car. Ern. Christoph. Schneider, sicuti antea Ast. Beck. Stallb. At postulare mihi videtur loci sensus ut legamus $\tauὴν αὐτὴν$. ‘*Η ὁροὶ δόξα*, vera opinio quam Plato ita vocat, comparatur bona educatione 2). Contraria autem $\alphaνδραποδώδης καὶ οηριώδης$ fortitudo

Cfr. Schneideri praef. ad Civ. p. XXVIII—XXXVI. — Optimi omnium habentur a Cobeto, V. Clar., ceteris criticis non dissentientibus Bodleianus s. Clarkianus anni 896 et Paris. A (Cf. Bibliotheca Philol. Batav. tom. IX, p. 338 sq). Monacensis B praestantia laudatur a Stallb. et Schleierm. (Vid. hujus versio Germ. Civit. pag. meis 363, 368, 395, 400) — Vatic. B secundum locum tribuit Bekkerus — Flor. U, secundum Stallb., bonitate non cedit Monac. B. — Ficini interpretatio Latina exstat in Platonis Operum editione Bekkeriana a. 1816—18, ex antiquissimis exemplis ducta, ita ut usum criticum habeat. Cf. Stallb. Disp. de Platonis vita, ingenio, scriptis, p. L. Secutus est enim partim Venetam a. 1491, in nonnullis Venetam a. 1517, in quibusdam sua conjectura usus. Vid. C. C. E. Schneider: Praefat. ad Civit, p. XXXVII.

1) Die Republik. In zehn Büchern, übers. von C. F. Wolf. 2 tomis, Altonae 1799.

Die Republik, übers. und erläut. von G. Fähse, 2 tomis, Lipsiae 1800.

2) Locus classicus de ea legitur Menon. p. 97. B. C. Vid. praeterea Tim. p. 37 B sq. D sq.

τῆς διὰ τῆς παιδείας γεγοννίζει, illa ἀνεν παιδείας instinctu, naturali motu existit.

In verbis *οὐτε πάνυ νόμιμον ἡγεῖσθαι* observandus est *litotes* s. *extenuatio* (*οὐ πάνυ νόμιμον*). Non enim illud *οὐ πάνυ* est imminuentis seu dubitantis, sed explicandum ex urbanitate Atticorum, qui duriora verba evitare studebant. Usurpatur ab iis saepe *οὐ πάνυ*, ubi nos Latine diceremus: „non sane,” vel simile quid. Eadem significatione occurrit Phaedro p. 228 E: *οὐ πάνυ δέδοκται*, cf. p. 229 C, Criton. p. 48 A: *οὐ πάνυ ἤμιν τοῦτο φροντιστέον*, Polit. VI p. 501 *οὐ πάνυ ἔαδιον*, Polit. IV p. 435 C *οὐ πάνυ μοι δοκοῦμεν*. Ejusdem generis sunt *ἴσως* (Cfr. G. H. Schaefer ad Longi Pastoralia, Lips. 1803, p. 357, A. Gronovius ad Aelian. Var. Hist. XI: 8 ed. Lugd. Batav. 1731), *πούς*, *πολλῇ ἀνάγκῃ* (pro *πᾶσα ἀνάγκη*), *ώς* *ἔοιξε* (quod pro *ώς ἀληθῶς* subinde in textum irrepsit (Vid. J. D. v. Lennep, ad Phalarid. ed. Groningae 1777, p. 316), *σχεδόν* (Soph. Trachin. 43 *σχεδόν δὲ επισταμαί τι πῆμ' ἔχοντά νιν*), quac omnia saepius in re certa dicuntur.

§ 5.

De Temperantia (σωφροσύνῃ) 1).

Σωφροσύνη civitatis brevissime sic definitur Polit. IV p. 433 C: ὁμοδοξία τῶν ἀρχόντων τε καὶ ἀρχομένων, et ibid. p. 442 D. eadem definitio occurrit translata ad hominis animum: σώφρονα οὐ τῇ φιλίᾳ καὶ ξυμφωνίᾳ τῇ αὐτῶν τοιτῶν, δταν τὸ τε ἀρχοντος καὶ τῷ ἀρχομένῳ τὸ λογιστικὸν ὁμοδοξῶσι δεῖν ἀρχεῖν καὶ μὴ στασιάζοσι αὐτῷ: *Σωφροσύνη* γοῦν, ἡ δὲ ὁς, οὐκ ἄλλο τί ἔστιν ἢ τοῦτο, πόλεως τε καὶ ἰδιώτου.

Dicitur tertia virtus primaria quae perfecta temperantia est, φιλία, ὁμόνοια, ξυμφωνία inter imperantes et subditos. Polit. IV p. 432 B vocatur κατὰ φύσιν ξυμφωνία, quia ξυμφωνία per se ita dicta inde oriri posset quod praestantissima animi pars serviret ignobilissimae, talis autem symphonia

1) *De σωφροσύνῃ* Cfr. M. Anton. Muretus, Op. Omnia ed. Ruhnk. tom. III, p. 284 sq. — Onom Tull. q. c. Orell. & Baiterus (1836). C. F. Hermann: Gesch. u. Syst. p. 328, 444. C. Hoffmeister: Ueber den Begriff der *σωφροσ.* bei Platon. Essenae 1827. 4 pp. 33. Ritter: Gesch. d. Philos. tom. II, p. 428 sq; J. Ochmann, Charm. Plat. qui fertur dialogus, Vratislav. 1827; Michelet: Jahrb. f. wiss Kritik, 1829, t. II, p. 507.

foret παρὰ φύσιν. Omnis fere consensus et dissensus apud Graecos vocabulis designari solet a re musica petitis: Legg. V p. 746 E, Phaedon. p. 92 C, Protag. 333 A, Gorg. 461 A al. Vid. C. A. den Tex: Diss. de vi musices e sententia Platonis, Traj. ad Rhen. 1816, p. 153 sq. Tum in Symposium tum alibi in suis scriptis Plato, homo Graecus, commendavit amicitiae, concordiae vim atque momentum. Cfr. e Politia V p. 462 B.: ἔχομεν οὖν τι μεῖζον πανὸν πόλει ἡ ἐπεῖνο, ὁ ἀν αὐτὴν διασπά καὶ ποιῆ πολλὰς ἀντὶ μιᾶς; ἡ μεῖζον ἀγαθὸν τοῦ ὁ ἀν ξυνδῆ τε καὶ ποιῆ μίαν; VII p. 536 E: ψυχῇ δὲ βίαιον οὐδὲν ἔμμονον μάθημα; VIII p. 548 B.: καὶ λάθρᾳ τὰς ἥδονάς παρπούμενοι, ὥσπερ παῖδες πατέρᾳ τὸν νόμον ἀποδιδούσκοντες, οὐκ ὑπὸ πειθοῦς ὅλῃ ὑπὸ βίᾳς πεπαιδευμένοι; Polit. V p. 470 E, 462 D, III p. 403, 404 1). Plures id testantur loci e libris de Legibus. Notabo tantum paginas 679 D. E., 694 B, 695 D, 663 B, 762 A, 736 C, 890 C, 697 C, 698 C, 700 A, 701 D, 708 C, 729 C. D, 628 A. B. C, 689 D. Ratio legum ferendarum, Platone judice, ita comparata esse debet, ut suadere et monere magis quam jubere et vetare videantur 2), ut cives non externa vi coacti, sed animi

1) Protag p. 326 B πᾶς ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου εὑρυθμίας τε καὶ εὐαρμοστίας δέῖται.

2) νουθέτησις. Homines persuasione et, si opus est, jubendo

persuasione ad honestatem colendam praeparati, leges sua sponte servare et sequi possint; philosophis praecipit multitudinem non vi et contentionis studio, sed amicis admonitis et persuadendo conciliandam esse (Polit. VI p. 499 E, 520 E). Quae de *σωφροσύνῃ* civitatis dicta sunt, valent quoque de eadem virtute animi humani. Tum civitas tum hominis animus debet esse unum et totum. Quodammodo conferri possunt cum sententia Platonis verba Pauli Apostoli, quae leguntur in Ep. ad Rom. XII : 4 sq.

*πειθαπεργάρῳ ἐν ἔντι σώματι μέλη πολλὰ ἔχομεν, τὰ δὲ μέλη πάντα οὐ τὴν αὐτὴν ἔχει πρᾶξιν οὔτως οἱ πολλοὶ ἐν σώμα ἔσμεν ἐν Χριστῷ, et alia similia apud eundem Apostolum; Oratio Menenii Agrippae, quae exstat apud Livium, Hist. II, cap. 32, nec multum abludit Stoicorum virtutis definitio: *διάθεσις ὁμολογουμένη*, Cfr. Diog. Laert. VII, § 89, Tusc. Disp. IV, cap. 15. Ab illa temperantia de qua hucusque egimus, quae *σωφροσύνῃ* a Platone dicitur, distinguenda est communis temperantia s. *εὐηρατεία*. Haec autem *εὐηρατεία* dicitur quoque *σωφροσύνῃ*, ubi scriptor vulgarem loquendi morem retinet. De*

ad leges servandas compellendi sunt. Cf. C. Dilthey: Platonorum librorum de Legibus examen, Gottingae 1820, 4. p. 50. et e. g. Legg. IV p. 718 B sqq.

communi temperantia loquitur Plato Polit. III p. 389 D. Σωφροσύνης δέ ὡς πλήθει οὐ τὰ τοιαδε μέγιστα, ἀρχόντων μὲν ὑπηκόους εἶναι, αὐτοὺς δὲ ἀρχοντας τῶν περὶ πότους καὶ ἀφροδίσια καὶ περὶ ἐδωδάς ηδονῶν et lib. IV p. 430 Ε ποσμος πού τις η σωφροσύνη ἔστι καὶ ηδονῶν τινῶν καὶ ἐπιθυμιῶν ἐγνωτεια, ὡς φασι. Cfr. Phaedon. p. 68 C, Phae dr. p. 237 E denique Charm. p. 159 B (de quo loco vid. Herm. Gesch. u. Syst. p. 609). Melius hoc temperantiae genus ἐγνωτεια dicitur, nam ἐγνωτης est is qui est potens sui 1): cernitur autem illa temperantia in eo, quod magistratus in subditos per vim dominantur, hi vero inviti serviunt. Testantur loci supra allati. — Distinguenda ab ea est illa συμπαθεία virtutis, quae proponitur Phaedon. p. 69 B. Verba ὡς πλήθει significare mihi videntur „respectu plebis.” Ejusdem generis, ni fallor, est Soph. Oedip. Colon. 20: μαράν γάρ ὡς γέροντι (Belg. voor een grijsaard) προνοτάλης ὄδον Coll. V. 76: ἐπείπερ εἰ γενναῖος, ὡς ιδόντι. Plura vide apud Aug. Matthiae, Ausf. Gr. Gram. ed. Lips. 1827, § 388, Rost, Gr. Gram., ed.

1) Dominans, superior, qui potestatem alicujus rei habet: Polit. VI, p. 599 D, IX, p. 589 B, Legg. X, p. 897 B, XII, p. 966 E. Vid. Ast, Lexic. Platon t. I p. 590. De hujus libri pretio monuit V. Cl. H. von Stein: Sieben Bücher zur Gesch. des Platon. tom. I, p. 25.

5^{tae} § 105; non agitur de ea in Doctrina partic. linguae Gr., scr. H. Hoogeveen, Amstelod. 1769. 4., in Lamb. Bos, Ellips. Gr. neque in Edition. Vigeri q. c. G. Herm., sed. cons. Ast. ad Polit. p. m. 443; Stallb. Rep. t. I p. 183.

Non puto Astium recte ab ea explicatione dissentire, monentem tunc τῷ πλήθει scriendum fuisse. Cfr Phaedr. p. 256 E ubi legimus.... ἀνελευθερίαν ὑπὸ πλήθους ἐπαιτονυμένην; Polit. VI p. 492 B: ἡ τινα ἄλλαν ποινὸν πλήθους ξύλλογον, Add. Polit. IV p. 437 E, Symp. p. 216 E.

§ 6.

De Justitia, quarta virtute primaria.

Quando civitas dicenda sit justa, declaratur Polit. IV p. 434 C: *Χρηματιστικοῦ, ἐπικουρικοῦ, φυλακικοῦ γένους οἰκειοπραγία, ἐκάστου τούτων τὸ ἔαυτοῦ πράττοντος ἐν πόλει — — — δικαιοσύνη τ' ἀν εἴη, καὶ τὴν πόλιν δικαίαν παρέχοι.* Consentanea est definitio justitiae perfecti hominis, Polit. IV p. 441 E: *Μηδουμεντέορ ἀρα ἡμῖν, διτι καὶ ἡμῶν ἔκαστος, διτον ἀν τὰ αὐτοῦ ἐκάστον τῶν ἐν αὐτῷ πράττῃ οὗτος δικαιός τε ἔσται καὶ τὰ αὐτοῦ πράττων.* — Est praescriptum, quod in Politia identidem recurrit, ut homines „sua agant”, neque alienis rebus se

immisceant. Dicitur illud plerumque τὰ αὐτοῦ πράττειν 1) (τὸ αὐτὸν πράττειν: Polit. III p. 400 E, 434 C) Monet Plato ne coriarius simul aggrediatur agricultae vel textoris vel architecti munus, quoniam varia est hominum indoles, et imbecillitas naturae humanae prohibet, quominus idem homo plures artes bene exerceat, cf. Polit. III p. 397 E, III p. 400 E, 406 C. E, p. 414 B, 415 D. al. Ideo jubet nos, ut utar verbo Aristotelis, (Polit. IV cap. 12) μονοπραγματεῖν. Ubi singulae animi partes τὰ αὐτῶν πράττουσι, homo foras se praebebit justum qualis intus est. Fit autem illud, si rationalis animi pars magistratus munere fungitur, totius animi providentiam gerens, iracunda pars rationi obsequitur

1) De formulae significatione vidd. imprimis Henrici Stephan. Sched. Var. I, 11; Lobeck ad Phryn. (Lips. 1820) p. 441; C. F. Hermann ad Lucian. de hist. conscrib. p. 330 (Francof. ad M. 1828); C. F. Hermann: Gesch. u. Syst. p. 445, 610 et qui ibi laudantur; V. Doct. Ogienski: Welches ist der Sinn des Platonischen τὰ αὐτοῦ πράττειν? in: Sechster Jahres Bericht des Gymn zu Trzemeszno, edit. ibid. a. 1845. 4. Optime Guil. Orges (Comparatio Platonis et Aristotelis librorum de Republica, Berol. 1843. 8. p. 37) vertit formulam: das vollständige Ineinander Wirken der Elemente des Staats und der Seelenkräfte im einzelnen Menschen. Hegelius, Vorless. über die Gesch. d. Philos. ed. Michelet, tom. II p. 283 reddit: das Fürsichseyn jedes Theils. Maluerim: das Fürsichwirken cet.

et pro illa pugnat, prohibens ne tertia grandior fiat et robustior, ita ut suo dumtaxat officio fungi nolit.

Apparet Platonem retinuisse justitiae definitiōnem Simonidis: *τὸ τα ὁρειλόμενα ἐπάστω ἀποδιδόγει*, (Polit. I p. 331 E) quam transtulit ad tres animi humani partes. Recte scribit Chr. Aug. Brandis in opere c. t. Handbuch der Gr.-Röm. Philosophie, tom. II p. I (Berol. 1844) pag. 503: Obgleich jedoch die übliche Erklärung verworfen wird, sie [die Gerechtigkeit] bestehe darin, das Seinige zu thun und jeglichem das Seinige zu geben, so veranlasst diese ihn jedoch die der darin ausgesprochenen äuszerlichen Handlungsweise entsprechende innere Bestimmtheit zu suchen. Saepe Platonem vocem *δίκαιος* significatione vulgari usurpasse, vix est quod dicam. Eo sensu jungit *δίκαια νοῦς ὄσια*, officia quae Diis et hominibus debentur. Cf. Polit. I p. 331 A, III p. 392 B. C. al. Cum illa justitiae definitione qua dicitur esse *οἰκειοπορεία* singularum animi partium, non facile appareat quomodo consentanea sit multorum opinio: justitiam quartam virtutem primariam complecti *τὴν ὄσιότητα* 1). Ne pro-

1) Agnoverunt illam difficultatem Tennemann, Syst. d. Plat. Philos. tom. IV, p. 138, F. A. L. A. Grotewold: Commentatio de doctr. Platon. ethica, Gottingae 1820. 4. p. 50.

lixior fiam, afferam tantummodo verba Alex. Kapp: Platon's Erziehungslehre p. 225: Uebri gens, inquit, geht aus der Art und Weise wie Platon die vier Cardinaltugenden in den Büchern vom Staate entstehen lässt genugsam hervor, dass er unter der Gerechtigkeit die Frömmigkeit ($\deltaσιότης$) mitbegreift. Causa cur in Politia et in libris de Legibus virtutibus primariis non annumeretur $\deltaσιότης$, licet ea a Platone semper magni aestimata sit, non satis liquet. Alb. Hafner in Diss. antea laud. p. 9 eam a Platone omissam esse statuit, quia, postquam singulis tribus animi partibus virtutem quandam tribuit, cunctis autem s. toto animo $\tauὴν δικαιοσύνην$, nullis locus sanctitati relictus fuerit 1). Sed ita non explicatur, quod et ibi ubi plus nimio verbosus est Plato in Politia, et loquacior videatur in enumerandis virtutibus, quatuor speciebus alias addens, saepissime ea siletur (Cfr. Polit. III p. 402 C, VI p. 506 D, 487 A, VII p. 536 A, VI p. 491 B, X p. 621 C, III p. 395 C), neque ita explicatur causa omissionis in *Nόους*. Fortasse quam Politiam scriberet Plato haec fere ejus sententia fuit.

1) Platon will für jedes seiner drei Seelenvermögen eine entsprechende Tugend, daher kann er nur vier Tugenden zählen,

Conjectum est scientiae et religionis studium quo et Deo assimulatur homo et veritatem venatur. Vulgo hominum continetur religio ritibus et caeremoniis, eaque Apollini Delphico constituenda relinquit. Cfr. Polit. IV p. 427 B. Ita ὁσιότης partim affinis est σοφίᾳ, partim σωφροσύνῃ, qua fit ut subditi pareant monitis magistratum. Verum quaestionem illam in praesens missam faccre liceat ut paucis agam de loco, Polit. IV p. 433 B: Δοκεῖ μοι, ita Socrates, τὸ ὑπόλοιπον ἐν τῇ πόλει ὡν ἔσπειρα, σωφροσύνης καὶ ἀνδρείας καὶ φρονήσεως, τοῦτο εἶναι, ὃ πᾶσιν ἐπείνοις τὴν δύναμιν παρέσχεν, ὡστε ἐγγενέσθαι καὶ ἐγγενομένοις γε σωτηρίαν παρέχειν. Postrema verba sic jungenda sunt δύναμιν παρέσχεν ἐγγενομένοις παρέχειν σωτηρίαν. Est liberior structura. Clarius dictum esset ἐπείνοις παρέσχε δύναμιν τοῦ ἐγγενέσθαι καὶ ἐγγενομένοις cet. Pro ἐγγενομένοις Vind. F. habet ἐγγενομένας, Venet. B. ἐγγενόμενα quod tūentur editiones ante Bekkerum. Scilicet, quaeritur unde pendeat infinitivus παρέχειν. Stallb. ad h. l. pendere censem a δοκεῖ μοι, sed hoc videtur longius abesse, neque placet παρέχει quod praebent Vind. B. F., nam indicativus ille parum conveniret cum praecedenti δοκεῖ μοι. Astius emendandum censuit παρέχον, sed ita neque explicari potest origo lectionis vulgatae, neque iterata terminatio — or nihil

offensionis habet, videtur enim laedere *εὐφωνίαν*.

Videtur ex illo loco profecisse auctor fragmenti quod tribuitur Polo Pythagoreo, et legitur apud Stobaeum, Floril. Titul. IX § 54 : *Δοκεῖ μοι τῶν ἀνδρῶν τὰν δικαιοσύναν ματέρα τε παι τιθανάτην τὰν ἄλλαν ἀρετᾶν προσειπέν· ἀτερ γάρ ταιτας οὔτε σώφρονα οὔτε ἀνδρεῖον, οὔτε φρόνιμον οἶδεν τε ημεν,* quod effatum componere licet eum sententia in Ciceronis Officiis obvia, quem secutus Ambrosius, de Parad. cap. III (ed. Maurinae tom. I p. 152) scribit: Non enim est pars justitia sed quasi mater omnium. Ad locum, de quo agimus, Stallb. annotavit, quod Plato virtutem universam dixerit *δικαιοσύνην*, mirum id non esse, quia sine virtute primaria hujus nominis ceterae tres, quibus haec vim praebeat, adesse non possint 1). Putaverim potius Platonem, sicuti Aristotelem, (Eth. Nicom. V : 1, III : 8) in ea re secutum esse loquendi usum 2). Jam apud Theognidem latiore sensu *δικαιοσύνη* dicitur perfecta virtus. Vidd. ejus *παρατηρέσεων* hi versus: 147, sq., 200, 255, 313, 385, 465,

1) „Quocirca mirandum non est quod *justitia* passim latiore sensu pro universa virtute dici videtur.” Stallb. Republ. tom. I p. 297.

2) Vidd. e. g. Polit. I : 361 B. coll. Cicer. Off. I § 20, II § 38.

737, 739, 746, 743, 751, 753, 794. Idem usus vocabuli est in Aeschyli versu (Sept. c. Theb. 577): *οὐ γὰρ δοξεῖν δίκαιος ἀλλ’ εἶναι θέλει.* Apponere juvat sententiam Heusdii (Init. Philos. Platon. p. 500 ed. alter.), a quo nemo facile hīc dissentiet: Justitiae notio apud omnem antiquitatem, nec minus apud Graecos quam apud gentes orientales, cum *moralis* quam vocamus *perfectionis* notione conjuncta fuit, ut *δίκαιος* diceretur vir bonus omnibus virtutibus ad bene vivendum instructus.

§ 7.

De nexu doctrinae Platonis cum fragmentis Pythagoreorum apud Stobaeum (Floril.)

Quod in omnibus rebus humanis cerni potest, quidquid quoctunque in genere posterius est pendere id a re quadam priore, quippe cui tanquam fundamento innitatur, id imprimis scientiae scientiarumque omnium matri philosophiae accedit. Sic magna intercedit inter Platonis et antecessorum, Socratis, Pythagorae, aliorum placita necessitudo 1). In fragmenti

1) De quaestione quid Plato suo ingenio, quid aliis de-

Epistolae quae fertur Xenophontis ad Aeschinem, dicitur Plato philosophiam Socratis corrupisse, admixta doctrina Pythagorea (Cfr. Dacier, Platon. Aus dem Französ. übers. von J. K. Götz, Augustae Vindelic. 1829. 8. p. 45). In Anthologia inter *ἀδεσποτα* legimus de Platone hunc versum : *Σωκρατινῷ Σάμιον περάσας μυητῆρι φρόνημα* 1). Themistius monet, Orat. XXVI p. 318 C, Platonem veterem philosophiam sparsim habitantem, quemadmodum Theseus Athenas, in unum contraxisse; Moderatus Gaditanus in fragmento quod legitur in Porphyrii Vita Pythagorica § 48, contendit Platonem omnia bona habuisse a Pythagoreis, nec illis reliquisse nisi nugas.

Pythagoreismi vestigia in philosophi nostri Operibus multa adsunt. Sribit Carolus Goettling, Praef. ad Aristot. Politic., ed. Jenae 1824. 8. p. X, respiciens Politiam, eum tria potissimum ex illorum placitis in suos usus convertisse : a philosophis regendas esse civitates, civium omnia esse communia et foeminarum virorumque aequabilitatem. Recte ille, modo addidisset institutionem puerorum per geometriam, musicam, cet. Explicatur illud *πνθαγορίζειν* tum ex itineribus quae Plato sus-

buerit, bene mernisse dicitur D. Tiedemann : Platonis dialogorum argumenta illustrata et exposita, Biponti 1786. 8.

1) Cfr Cic. Rep. I cap. 10.

cepit in Italiam et Siciliam 1), ubi multum cum his philosophis fuit, tum inde, quod Cebes et Simmias, antequam Socratem adierunt, audiverunt Philolaum 2), cuius librum in tres partes divisum philosophum in Italia emisse tradunt Gellius (Noctes Att. III c. 17 § 1 sq.), Diog. Laërtius (V § 84), Cicero (Rep. I cap. 10).

Virtutis divisionem quadripartitam Platonem habuisse a Pythagoreis monuit Wyttenbachius, V. Cl., cuius in Philomathia (II p. 240) verba haec sunt: „Quod vulgo fertur Platonem philosophiae partem moralem a Socrate sumsisse et ipsum Socratem eam primum docuisse, habet hoc nonnihil temeritatis; siquidem jam ante Socratem Pythagorei illam partem ad quandam rationem (systema) redegerant, eosque in hac, ut in reliquis philosophiae partibus frequens secutus est Plato; ut ex eorum reliquiis apud Stobaeum servatis horumque cum Platone comparatione intelligitur. Et Socrates solam ethicae partem *παραινετικήν*, quae est de officiis tra-

1) De Platonis itineribus omnino digna est quae consulatur „Comm. Critic. de Platonis quae feruntur epistolis praec. III, VII et VIII,” ser. V. Doct. H. T. Karsten, Traj. ad Rhen. 1864. p. 128—150, 163—180. Laudatorem invenit V. Doct. D. Burger Jun. in: Tijdschr. v. d. Nederl. Gymn. 1863/64, p. 137—140.

2) Phaedon. p. 61 D.

ctavit, quum Plato alteram etiam partem, δογματικήν, quae est de Principiis a Pythagoreis acceptam tradiderit. Solennem virtutis in quatuor partes distributionem Plato subinde tradit, veluti Rep. (p. 430 Steph.), Legg. (630 Steph.) et alibi, et apud Diog. Laërt. III : 80 sumtam ex Pythagoreorum doctrina, ut appareat in eorum fragmentis apud Stobaeum, Flor. I v. c. Theagis p. 8—12, Metopi p. 7, Cliniae p. 8.” 1). Fragmenta librorum Theagis, Metopi, Cliniae post alios 2) edidit Thomas Galeus in Opuscul. my-

1) Eandem sententiam tuetur Vir Clar. ad Phaedon. p. 172, ad Posid. Rhod. reliq. p. 282. Assensus est Viro Summo, praeter alios, V. Consult. Groen van Prinsterer in Prosopogr. Platon. pag. 44. — Galeus in Opusc. Mythologicis (1688) exhibuit ex Stobaeo tantum ea fragmenta quae in Sermonum libris exstant, neglexit Eclogas Plenius collecta sunt in opere quod inscribitur: Jamblichus' life of Pythagoras, accompanied by fragments of the ethical writings of certain Pythagoreans — — — translated by Th. Taylor, Londini apud Valpy 1818. 8. Cfr. etiam Opuseula Graec. veter. sententiosa et moralia, ed. J. Conr. Orelli. — In Galei opere laud. p. 704 leguntur „*Incerti cujusdam dissertationes morales*”, quare obiter moneo harum dissertationum Marsilio Cagnato (lib. III Var. Obs. cap. VI) et Jo. Alb. Fabricio videri Sextum Chaeronensem Antonini Philosophi magistrum Vid. Fabricii Praef. ad Sext. Emp., Lips. 1718. Ibid. pro Μίμησ εἰρήνῃ (Galei p. 722) legendum docet Fabr. μύστας εἰρήνῃ i. e. initiatus sum.

2) Cf. Fabric B. Graec. tom. I p. 886 ed. Harl.

thol. phys. ethic. Ed. alt. Amstelod. 1688. 8. Galeum secutus liceat conspectum dare placitorum de quatuor virtutibus primariis et animi humani divisione, quae in Stobaei Floril. tit. I, III, XLI, IX, tribuuntur Theagi Pythagoreo, Metopo, Cliniae et Polo 1). Duae sunt animi partes, melior et deterior, altera rationis compos est, altera expers. Illa dicitur *λογισμός*, haec bifariam dividitur in iram et cupiditatem (*θύμωσις*, *ἐπιθυμία*). Illarum partium melior imperat, paret deterior. Imperat *λογισμός* s. mens. Posita est ea in hominis capite tanquam in pellucida undique specula, et praeest animo, sicut exercitui dux; satelles ejus est ira (*θύμωσις*). Tria genera bonorum sunt, nam pertinent ea aut ad hominis corpus, ut puleritudo, sanitas, bona corporis habitudo (*σωετία*), sensuum vigor (*εὐπισθασία*), aut ad animum. Animi bona sunt *φρόνησις*, *ἀνδρεία*, *δικαιοσύνα*, *σωφροσύνα*. Superest tertium genus, quo ea continentur, quae referuntur ad τὰ ἐντός, e. g. *πλοῦτος*, *δόξα*, *τιμά*, *εὐγένεια*. Animi bonorum s. virtutum principum numerus cognoscitur ex animi partium numero. Singularum enim trium partium singulae virtutes sunt. Ratio cognitioni praeest, ira robori,

1) Chr. Gale l. l. p. 659—703.

cupiditas appetitui; aliis verbis: ratione praeditae animi partis virtus est prudentia, irae fortitudo, cupiditatis temperantia — nam cum rationis compos pars moderatur expertem tolerantia gignitur et continentia (*αρετής τοι εὐθύνη*) — totius denique animi virtus est justitia. Sicut animi partium alia imperat, alia paret, ita illarum virtutes partim imperantes sunt partim parentes, imperat prudentia, parent fortitudo et temperantia, mixta est justitia. Cum melior animi pars imperat et praeest, deterior paret et sequitur, et inter se ambae consentiunt, tum virtus et omne bonum per totum animum existit.

Virtus non posita est in eo, ut quis ex animo perturbationes evellat, verum ut apte connectat. Virtus hominis posita est in illis animi partibus componendis: sunt enim duae animi partes cum ratione componendae. Similiter in urbe principum consensus cum subjectis potentiam parit et concordiam; cum autem per seditionem dividuntur illae, oritur vitium atque discordia. Quidquid vitii, sceleris, peccati in hominum vita cernitur ex animi perturbationibus ortum dicit. At cum illae rationem sequuntur, oritur justitia, quae alibi dicitur efficere harmoniam animi, ita ut habenda sit reliquarum virtutum mater atque nutrix, siquidem absque hac nec temperans nec fortis nec prudens possit esse.

Est enim animi totius cum concinnitate pax atque harmonia. — Apparet jam ex illa brevi expositione mira sententiarum similitudo inter Platonis Politiam et Leges et Pythagoreorum illorum placita, ita ut per allegoriam ad illos torqueri possit Hieronymi dictum (de ill. scriptt.): „Aut Plato philonissat aut Philo platonissat.”

Nulla apparet in fragmentis illis opinionis diversitas, quare non opus fuit singulis sententiis auctorum nomina addere, quasi ceteri aliter judicaverint. Si integra opera aetatem tulissent viderentur eadem manu esse conscripta. Si germana sunt fragmenta illa, Platonis imprimis, sed etiam Aristotelis auctoritas grave damnum patitur, nam tum Aristoteles quoque dicendus est saepius inde sua sumsisse. — Verum an aut quatenus fragmenta Pythagoreorum antiquiorum, excepto fortasse Philolao, germana sint quaeritur. Saeculo superiore ad finem vergente, Christophorus Meiners primus critice tractavit hunc locum philosophiae veteris 1). Secuti

1) Anno 1781 edere coepit C. M. suam historiam doctrinarum apud Graecos et Romanos, cuius operis censuram dare instituit V. Clar. Wytteneb. in Biblioth. Critic. P. VIII p. 95—125. Idem Meinersius scriptor est commentationis q. i. Abhandlung über die Aechtheit einiger Pythag. Schriften in Philol. Bibliothek, tom. V parte 5.

ejus vestigia multi sunt. Tennemannus e. g. in Systemate Philos. Platon., tom. I, authentiam scriptorum „de anima mundi” Timaci Locri et „de natura τοῦ παντός” Ocelli Lucani tam strenue impugnavit, ut nullus deinde criticus eam defenderit. 1) Jam pauca afferam, unde patebit qualis hodie sit quaestio[n]is status.

E fragmentis Pythagoreorum illa tantum quae Philolai sunt, non in dubium vocanda esse scribit Anton. Westermann, in: Pauly Real-Encycl. s. v. „Pythagoras,” et Henricus Ritter, Gesch. der Philos. tom. I p. 359 monet multa scripta et fragmenta librorum quae antiquioribus Pythagoreis tribui solebant: Timaeo, Archytæ, Ocello Lucano, Brontino, Euryphamo, certo certius spuria esse. Caroli Goettling (Praef. ad Aristot. Polit. pag. X) haec leguntur verba: „Politica scripta non videntur edidisse Pythagorei, nam quae apud Stobaeum inveniuntur fragmenta ut Archytæ, Hippodami, Diogenis, aliorum ea omnia diu post Platonis et Aristotelis tempora mandata literis sunt. In omnibus enim istis fragmentis mentio regni injicitur ut optimæ reipublicæ formæ, quod tantum abest ut ex-

1) Horum librorum quinam ante Mein. antiquitatem op[er]e pugnaverint, vide apud Fabricium, B. Gr. tom. I pp. 855, 877. ed. Harl.

Pythagorae disciplina prodierit ut nihil magis abhorrebat ab ejus doctrina videatur." De Archytæ fragmentorum authentia magis quam de ceterorum ancipites haeserunt viri docti. 1) Ritterus (Gesch. d. pyth. Philos. p. 69) non negat fieri potuisse, ut Theon Smyrnaeus, Nicomachus et Porphyrius genuina servaverint, fragmenta autem illius apud Stob. sine ullo dubio spuria pronunciavit. Eadem est sententia Frid. Adolphi Trndelenburg, de Aristotelis categoriis, Berol. 1833. 8. pag. 22. Omnium Archytæ fragmentorum quae in Florilegio occurunt, authentiam defendit Petersen: Histor.-philol. Studien, Hamburg 1832 p. 24; negavit O. F. Gruppe: Ueber die Fragmente des Archytas u. d. ältern. Pythag., Berol. 1840. 8; mediam quandam viam ingressus erat a. 1833. Hartenstein in Diss. de Archytæ Tarentini fragmentis philosophicis. — Tria potissimum argumenta sunt, quibus recentiorum sententia authentiam fragmentorum nostrorum negantium nititur.

I. Ex dialecto Dorica tantum abest ut authentia probari possit, ut statuerit V. Clar. v. Limburg Brouwer ex dialecto Dorica non satis demon-

1) Antiquiora leguntur in Fabric. B. Gr. tom. I p. 831. ed. Harl.

strari haec fragmenta ad Pythagorae tempora pertinere 1) et ante aliquot annos V. Doct. O. F. Gruppe in Disput. q. i. Ueber die Fragmente des Archytas und der ältern Pythagoreer pag. VII haec verba scripserit: In der That entdeckte sich auf den ersten Blick, dass hier die gewöhnlichste Sprache nur in dorische Vokale und Endungen verkleidet sei.

II. Magni ponderis argumentum contra authentiam illorum fragmentorum, in quibus de animi humani partibus et divisione virtutis quadripartita agitur, hinc peti posse videtur, quod apud Platone in eadem illa quae ibi tanquam excerpta occurruunt, a colloquentibus ipsis inveniuntur.

III. Testimonia Aristotelis et Philolai qui cum Aristotele consentit 2), de doctrina Pytha-

1) Vid. ejus: Disputatio, qua respondetur ad quaestionem: An et quatenus Philosophi, qui ante Socratem et Platonem fuerunt, atque illi ipsi et qui ex eorum scholis postea prodierunt, in commemorandis vel et exponendis principiis moralibus Divinae existentis Naturae et Providentiae Deorum notionem subinde adhibuerint et virtutis constanter ac sincero pectore colenda incitamenta, praesidia atque alimenta inde deduxerint? Lugd. Bat. 1824. 4. pag. 35.

2) Post Aug. Boeckhii Disput. c. t. Philolaos des Pythagoreers Lehren, nebst den Bruchstücken seines Werkes, Berol. 1820. 8. hujus fragmenta a plerisque genuina habentur.

goreorum morali toto coelo differunt ab iis, quae in fragmentis nostris leguntur. Dolemus temporis injuria intercidisse Aristotelis scripta de Archyta et Pythagoreis 1), eademque a posterioribus scriptoribus neglecta esse, attamen jam in iis quac supersunt pluribus locis idoneus auctor 2) longe alia nos docet, ita ut, judice Rittero, jam inde constet genuina non esse scripta, quae Theagi, Metopo, Cliniae a Stobaeo tribuuntur. Metaph. XII cap. 4 (ed. Stereot.) τῶν μὲν γὰρ φυσικῶν ἐπὶ μηδὸν Αημόνοιτος ἡψατο μόνον, καὶ ὠρίσατο πῶς τὸ θεμόν τὸ ψυχρόν, οἱ δὲ Πυθαγόρειοι πρότερον

E. g. a V. Doct. O. F. Gruppe: Ueber die Fragmente des Archytas u. der ältern Pythagoreer, Berol. 1840. 8. cap. III, quod inscribitur: Philolaos als Kriterium. Negavit authentiam V. Doct. Schaarschmidt. (dic angebliche Schriftstellerei des Philolaos). Philolai doctrinam qui αὐτοψίᾳ cognoscere velit, evolvat: Histor. Philos. Graec. et Rom. ex fontium locis context., Gothae 1837, pag. 71 sqq.

1) Diog. Laërt., V § 25, inter scripta Aristotelis occurruunt περὶ τῆς Ἀρχύτου φιλοσοφίας, α', β', γ'. — τὰ ἐκ τοῦ Τιμαιοῦ καὶ τῶν Ἀρχυτείων, α' — πρὸς τὸν Πυθαγόρειαν α' — περὶ τῶν Πυθαγόρειων α'. — Obiter moneo Archytac plurima fragmenta habere Simplicium, indicata in Indicibus Fabricianis: Bibl. Gr. tom. IX p. 535 sqq.

2) Aristotle ist uns der sicherste Führer in der Erforschung der Pythagor. Philosophie. Cf. H. Ritter: Gesch. d. Philos. tom. I p. 369.

περὶ τινῶν ὀλίγων ὡν τοὺς λόγους εἰς τὸν ἀριθμὸν
 ἀνηπτον, οἷον, τί ἐστι καιρὸς η τὸ δίκαιον η γάμος,
 ibid. lib. I cap. 5 de τοῖς Ηὐθαγορεῖοις legimus
 ὅτι τὸ μὲν τοιόνδε τῶν ἀριθμῶν πάθος δικαιοσύνη, τὸ
 δὲ τοιόνδε ψυχὴ καὶ νοῦς, ἔτερον δὲ καιρός. Cfr.
 porro Magna Moralia, lib. I c. 1. 1), Metaph.
 I c. 6, VII c. 4. — De Justitiae indole
 secundum Pythagoreos agitur Moral. Eudem.
 IV cap. 3: Λογεῖ δέ τισι καὶ τὸ ἀντιπεπονθός
 ἀπλῶς εἶναι δίκαιον, ὥσπερ οἱ Ηὐθαγόρειοι ἔφασαν.
 Cfr Metaph. I cap. 5, Magna Moralia I c. 33. 2)

1) Die sogenannte gröszere Ethik des Aristoteles möge nicht von Aristoteles selbst sein, so ist sie doch aus seiner Schule und jedenfalls aus alter guter Zeit. Cf. Gruppe: I. I. pag. 8.

2) Si spuria sunt fragmenta de quibus agimus, id ipsum optime convenit cum Laertii loco, unde discimus antiquiorum Pythagoreorum plures non reliquise scripta, quod de ipso Pythagora addubitatatur. Cf. Brandis, Handb. d. Gesch. d. Gr.-Röm. Philos. t. I p. 435 ubi laudantur e. g. Plut. de Alex. Fort. p. 328, Galen. de Hippocr. et Plat. Plac. I p. 292. Legimus apud Diog. L. VIII § 15 Μέχοι δὲ Φιλολάου οὐκ ἦν τι γνῶναι Ηὐθαγόρειον θόγμα· οὗτος δὲ μόνος ἐξήνεγκε τὰ διαβόντα τρία βίβλια & Πλάτων ἐπέσταιλεν ἐκατὸν μνῶν ἐννοθῆναι (Cfr. VIII § 84, Cic. Rep. I cap. 10). Aequalis fere Philolai erat Archytas (Cic. de Orat. III, 34), sicuti Clinias, Thcages, Metopus.



PARS POSTERIOR.

Annotationes ad locos selectos Politiae, Timaei, Theaeteti, Phaedri, Phaedonis.

Polit. I p. 327 A. *Κατέβην χρέος εἰς Πειραιᾶ, πτέ.*

Omnes Platonis dialogi ordiuntur a fortuito quodam casu. Singularem curam posuit in exordiis librorum. Solebant veteres multum operae consumere in primis scriptorum suorum verbis. Cicero scribit ad Atticum suum (XVI : 6): „Habeo volumen prooemiorum. Ex eo eligere soleo quum aliquod συγγραμμα institui.” A Diog. Laërtio, V § 48, memoratur Theophrasti liber προοιμίων et ibid. § 81 Demetrii Phalerei προοίμιον ἴστορικόν.

Polit. I p. 328 E. *Δουεῖ γάρ μοι χρῆναι παρ' αὐτῶν πυνθανεσσάτι, ὡσπερ τινὰ οὖδὸν προεληλυθότων, πτέ.*

Componatur cum his dictum Jamblichi, de Py-

thagorica vita, cap. 10. § 53: Ἐξ ὧν δεῖν ὑπολαβόντας, τῆς μὲν γενέσεως αὐτῶν πρόνοιαν πεποιησαντὸν Ἀπόλλω, τῆς δὲ ἡλικίας ἀπαντας τοὺς θεοὺς, ἀξίους εἶναι τῆς ἐκείνων φιλίας, καὶ μελετᾶν ἀκούειν, ἵνα δύνωνται λέγειν, ἕτι δὲ ην μέλλουσιν εἰς τὸ γῆρας βαδίζειν, ταῦτην εὐθὺς ἔξορμῶντος τοῖς ἐληλυθόσιν ἐπανοδογεῖν καὶ τοῖς πρεσβυτέροις μηδὲν ἀντιλέγειν.)

Polit. I p. 329 A. Ηολλάνις γὰρ συνεργόμενά τινες εἰς ταῦτο παραπλησίαν ἡλικίαν ἔχοντες, διασώζοντες τὴν παλαιὰν παροιμίαν.

Astius plura, inquit, habebant Graeci proverbia hujus generis. Laudat Aristot. Ethic. Nicom. VIII : 1, Rhetor I : 11. Adde Macrobius Saturnaliorum lib. VII cap. 5 § 18, ubi legitur fragmentum Empedoclis: ὡς γλυκὺν μὲν γλυκὺν μάρπτε, πικρὸν δὲπι πικρὸν ὄρουσεν, οὖν δὲπ' οὖν ἔβη, ορεμὸν δὲποχενέτο θεμῷ; Xenoph. Athen. Resp. cap. 1 § 10 οἱ γὰρ ὅμοιοι τοῖς ὁμοίοις εἴναι εἰσι; Plutarch. Symposiacon lib. IV, q. I: Multiplexne cibus an vero simplex concoctu sit facilior? (ed. stereot. Moral tom. IV.)

Polit. I p. 329 A. Οἱ οὖν πλεῖστοι ἡμῶν οἰλοφύρονται ξυρίοντες — — καὶ ἀγανακτοῦσιν, ὡς μεγάλων τινῶν ἀτεστερημένοι.

1) Editus est Jamblichi liber una cum Diog. L. Vitis apud Didotium.

Imitatus videtur Lucianus, Infer. Dial. II (ed. stereot. t. I p. 163): *λυποῦνται γὰρ οὐ μικρῶν στερούμενοι.*

Polit. I p. 336 B. ‘Ως δὲ διεπαυσάμεθα καὶ ἐγώ ταῦτ’ εἶπον, οὐκέτι ησυχίαν ἦγεν, ἀλλὰ συστρέψας ἔαυτὸν ὥσπερ θηρίον ἤμεν ἐφ’ ημᾶς ὡς διαρπασόμενος.

Viro Cl. Cobet (Hyperidis Orat. fun. pag. 30) in vocabulo *διαρπασόμενος* latere videbatur *διασπασόμενος*, putanti verbum *diripiendi* hic non satis commode positum esse de bellua irruente, sed requiri aliud, quod denotet *dilacerare*, *discerpere*. Evidem pace intelligentissimi viri non tentaverim vulgatam lectionem. *Διασπᾶν* quod potissimum adhibetur de civibus qui discordia distrahuntur, universe de congregazione quae separatur 1), frigidius videtur quam ut orationi contextae conveniat. Ideo nisi codicum scripturam nostro loco retinere praestat, 2) requiram *διασπασάντειν*.

1) Vid. Polit. V p. 462 A, VI p. 503 B, Legg. IX p. 875 A, XII p. 945 D, Herod. I c. 59.

2) Sensu dilacerandi *διαρπ.* sine varietate lectionis occurrat Politic. p. 274. B. τῆς γὰρ τοῦ κεκτημένου καὶ νέμοντος ημᾶς διάμονος ἀπέρημωθέντος ἐπιμελεῖας, τῶν πολλῶν αὖ θηρίων, ὅτα χαλεπὰ τὰς φύσεις ἦν, ἀπαγγριωθέντων, αὗτοι δὲ ἀσθενεῖς ἀνθρώποι καὶ ἀρρένων γεγονότες, διήρκουντο ὑπ’ αὐτῶν. Plures loci dubii sunt.

Polit. I p. 344 A. Λέγω γάρ ὅπερ νῦν δὴ ἔλεγον,
τὸν μέγαλα δυνάμενον πλεονεκτεῖν, κατέ.

Ita recte dederunt Ast. et Stallb. pro vulgata ὅπερ quam retinuit Schneiderus. Respicit ὅπερ sententiam praecedentem, qua significatio occurrit etiam ὁσπέρ aut ὡς, ὅπερ vero requirit antegressam definitionem.

Polit. II p. 358 B. Θρασύμαχος γάρ μοι φαίνεται πρωταίτερον τοῦ δέοντος ὑπὸ τοῦ ὁσπέρ ὅφις κηληθῆναι.

Componantur verba Socratis de Protagora, Phaedro p. 267 D: ὀργίσαι τε αὖ πολλοὺς δεινὸς ἄνης γέγονε, ταὶ πάλιν ὠργισμένοις ἐπέδων οὐκέτι.

Polit. II p. 364 D.

‘Ως τὴν μὲν πανότητα καὶ ἴλαδὸν ἔστιν ἔλεσσαι Ρηϊδίος· λείη μὲν ὄδος, μάλα δ' ἐγγύθι ταῖς. Τῆς δ' ἀρετῆς ἴδρωτα ζεὶ προπάροιτεν ἔσημαν.

Codices Hesiodi cuius versus a Platone laudantur (Op. et Dier. 288) pro λείη habent ὅλιγη. Contra late sparsa fuit antiquitus lectio λείη. Cff. Plat. Legg. IV p. 718 E, Protag. 340 C. D., Critia p. 118 A, Legg. VIII p. 833 B, Phae dr. p. 272 E, Polit. X p. 619 E., Xenoph. Mem. II : 1 § 20 (quem locum laudavit Stobaeus in Floril. tit. I § 101.), Seneca: Herc. Fur. 437, de Provid. cap. 5, quorum plerosque attulit Lennepius ad Hesiodi l.l. Platonem liberius laudare poëtas et alii permulti loci

nos docent, et vero illi ubi diversas dialetos miscuit. Vid. e. g. Polit. II p. 365 E: *εὐχωλαῖς ἀγανῆσι*. Ceterum sequi liceat illos editores qui favent lectioni *λεῖη*, quoniam ex altera, *οἰλιγή*, mira oritur tautologia. 1) Hanc defendere conatus est V. Doct. B. A. Nauta: Ann. in L. Ann. Senecae librum de Provid. L. B. 1828. 8. p. 85, conferri jubens Odyss. Ω, 227 coll. cum Cicer. de Senect. cap. 15. Certe nemō ob locum Ciceronis tentabit verba Homeri, sed non attendit V. D. lectionem multis locis obviam certo certius non ortam esse ε σφάλματι μημονικῷ.

Polit. II p. 365 E. *Εἰ δέ εἰσί τε καὶ ἐπιμέλονται, οὐκ ἄλλοθέν τοι αὐτοὺς ἴσμεν η ἀσημόσαμεν, η ἐν τῶν λόγων καὶ τῶν γενεαλογησάντων ποιητῶν.*

Pro λόγων suspicor reponendum esse μυθολόγων. Cf. Polit. III p. 392. D. δοσα ἐπὸ μυθολόγων η ποιητῶν λέγεται: ibid. p. 392 A jungit eodem sensu ποιητὰς καὶ λογοποιούς. De universo istorum vocabulorum genere exposuerunt Wyttenb. ad Phaed. p. 127; Creuzer, die hist. Kunst der Griechen Ed. prior. p. 177; Baehr, Ctesiae Cnidii Operum Reliq. Francof. ad M. 1824, 8. p. 84.; G. Bernhardy, Grundr. d. Griech. Liter. ed 2^{ae} a. 1852, tom. I pagg. 59, 67.

1) Λεῖη ὄδος est via plana i. e. vehicularis, η ἀμαξιτός.

Polit. II p. 366 A. *Αἰναιοι μέν γάρ δυτες
ἀξήμιοι μόνον ὑπὸ θεῶν ἐσύμεθα.*

Vocabulum *μόνον* ex multis codd. recepit Stallb., verum illud omittendum esse appareat ex iis quae statim adduntur: *ἀδιποι δὲ περι-
διανοῦμέν τε καὶ λισσώμενοι ἐπερβαίνοντες καὶ σμαρ-
τάνοντες, πείθοντες αὐτοὺς ἀξήμιοι ἀπαλλάξομεν.* Schneiderus statuit *μόνον* additum esse ab anonymo, ut Platonem exornaret atque amplificaret. Muretus conjectura legi voluerat *μέν*, quod cum *μόνον* facile permutari potuit. Nam etiam vetustissimi codices quasdas voces in compendio scribunt, ita ut primam tantum atque ultimam, interdum et medium literam, pro integra voce ponant linea superducta, hoc modo: *ΙΙΡŪ*, *ΘŪ*, *ΣΗΡŪ*, *ΥŪ*, *ΙΙΡΑ*, *ΜΡΑ*, *ΚΩ*, *ΠΤΕ*, *ΑΝΘΝ*. De his aliisque abbreviationibus tritis et vulgaribus vide Bern. de Montfaucon, Palaeogr. Gr. Paris., 1708, p. 341 sq.

Polit. II p. 372 A. *Άλλο τι η στότη τε ποιοῦν-
τες καὶ οἶνον καὶ ιμάτια καὶ ὑποδηματα καὶ οἰκοδο-
μησάμενοι οἴκιας θέροντες μέν τὰ πολλὰ γυμνοί τε καὶ
ἄνυπόδητοι ἐργάσονται, πτέ.*

In hac suavi vitae agrestis descriptione conferatur Lucretius, de natura rerum V : 1391 seqq. „Saepe itaque inter se prostrati in gramine molli | propter aquae rivum, sub ramis arboris altæ. | Non magnis opibus jucunde corpora

habebant : | praesertim cum tempestas ridebat, | et anni tempora pingebant viridaneis floribus herbas, | tum joca, tum sermo, tum dulces esse cachinni | consuerant: agrestis enim tum musa vigebat", et quae deinceps leguntur in T. Lucretii Cari editione q. e. S. Havercamp, L. B. 1725. 4. tom. II p. 411. 1)

Polit. II p. 372 E. *Οὐ πόλιν, ὡς ἔοικε, σκοποῦμεν οἵποις γίγνεται, ἀλλὰ καὶ τρυφῶσαν πόλιν. ισως οὖν οὐδὲ κακῷς ἔχει· σκοποῦντες γάρ καὶ τοιαύτην τάχ' ἀν κατίδουμεν τὴν τε δικαιοσύνην καὶ ἀδικίαν, οπῆ ποτὲ ταῖς πόλεσιν ἐμφένται.*

Explicatur iis quae in vicinia leguntur, ubi dicit Socrates inde oriri bella ex quibus magnae calamitates civitatem invadant: non sufficiet exercitus qui civitati hucusque fuit, sed plures erunt comparandi milites, inde fieri ut agricola vel coriarius vel alius artifex simul sit miles. (Cf. p. 374.) Ita informat vitiosam civitatem juxta sanam, ut appareat qua via (*ὅπῃ*) in civitatibus orientur justitia et injustitia, sc. ex *πολυπραγμοσύνῃ*.

1) Annotationum in Lucretium specimen communicatum eum Jo. Clerico a Jo. Barbeyracio, qui edere volebat auctorem hunc, reperias in Operc e t. Bibliothèque Choisie tom. XVIII p. 242 sqq., quarum tamen annotationum nulla apud Havercampium facta mentio.

Polit. II p. 375 A. *Oίει οὐτ' τι, ἢν δ' ἔγώ, διαφέρειν φύσιν γενναίου σκίλακος εἰς φυλακὴν νεαρίσκου ευγενοῦς.*

Monuit Ogienski (Welches ist der Sinn des platonischen *τὰ αὐτοῦ πράττειν?* Trzemeszno 1845, 4. p. 7) vocabulum *σκίλαξ* a Platone electum esse propter soni similitudinem cum *φύλαξ*, quod in oratione contexta praeccedit. Vereor num recte nostro loco paronomasiā adesse statuerit, quae saepe existit ut rideantur sophistae e conjunctione nominis proprii cum nomine communi: Symp. p. 185 C. *Πανσανίον δὲ πανσαμένου* (additur διδάσκουσι γάρ με λέγειν οὐτωσι οἱ σοφοί). Polit. IX p. 580 C. *οἱ Ἀριστωνος νιός τὸν ἀριστον ἐποιεῖ*, Polit. X p. 614 B. *Ἀλκίρον — ἀλκίμου ἀρδρός.*

Polit. II p. 377. Ad Platonis sententiam de fabulis ibi propositum conferatur omnino Proclus, Theol. Plat. I : 4 p. 10. 1) In iis quae Plato in mythologiam dixit praeccivit Euripides, Ion. p. 443 sq. *Καὶ γὰρ ὅστις ἀν βροτῶν | κακὸς πεφύκη, ζημιοῦσιν οἱ θεοί. | Ηῶς οὖν δίκαιον, τοὺς*

1) In Dan. Wyttenbachii Lectionibus Quinque. Ed. G. L. Mahne, Gandav, 1824. 8. p. 44 legi, in librum X de Republica Plat. exstitisse Procli Commentarium, qui superiori saeculo adhuc Florentiae in bibliotheca Salviati apparuit, sed postea evanuit.

νόμους ὑμᾶς βροτοῖς | γράψαντας αὐτοὺς ἀραιάν
οφλισπάνειν; | εἰ δ' οὐ γὰρ ἔσται, τῷ λόγῳ δὲ χρησο-
μαι) | δίκαιος βιαίων δώσετ' ἀνθρώποις γάμων, πτέ.
Alii loci Euripid. qui hue pertinent, leguntur
Iphig. in Aul. 795, in Taurid. 385, Troad.
981, Androm. 107. Hippol. 120. Antea Deum
omnis mali et pravitatis expertem proposuerat
Xenophanes, cuius notissimum dictum legitur
apud Sext. Empir. adv. Mathem. IX, 193
πάντα θεοῖς ἀνέθηκαν "Ουηρος τε Ἡσίοδος τε, ὅσσα
παρ' ἀνθρώποισιν ὄνειδεα καὶ ψόγος ἔστι. Ipsiū
doctrina erat, εἰς θεὸς ἐν τε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισι
μέγιστος | οὕτε δέμας θνητοῖσιν φαινεῖσις οὔτε νόμα
Cf. Clem. Alex. Stromat. V p. 601, Euseb.
Praep. Ev. lib. XIII p. 678. Ex eadem opiniōne
orta interpretatio allegorica poëtarum
(cui iam faverat Democritus 1) apud Phurnutum
(de natura deor. §§ 2, 3, 4, 9, 11, 16
al.) in Vita Homeri p. 325 ed. Gale, Heracliti Alleg. Homer. edit. a V. Doct. E. Mehler L. B. 1851. 8.

Polit. II p. 378 A. ὡς Οὐρανὸς τε εἰργάσατο

1) Cf. Schol. Venet. ad Iliad. VIII : 39, in Homeri Iliad.
c. n. Villoisoni, Venet. 1788. f. m. pag. 192. Negligenter
versatum esse Villois. in Homeri codd. describendis post
alios queritur V. Doct. E. Mehler, Heracl. Allegor. Hom.
pag. VI Praef.

ἢ φησι δρᾶσαι αὐτὸν Ἡσίοδος, ὁ τε αὖ Κρόνος ὡς
ἔτιμωρήσατο αὐτὸν.

Attigerunt eam fabulam Porphyrius, de antro
nymphar. p. 65. ὁ ναὶ πάσχει ὁ Κρόνος ναὶ δεθεὶς
ἐπτέμνεται ὡς ὁ Οὐρανός; Phurnutus, de natura
deorum VII p. 118 ὁ Κρόνος ἵστορεῖται συνεργῶς
ἐπὶ τῷ μίγγυνσθαι τῇ γῇ πατιόντα τὸν Οὐρανὸν ἐπτε-
μεῖν· τοῦτον δὲ τὸν Δία ἐπτεμεῖν ναὶ παῦσαι τῆς ὑβρεως.
Timaeus apud Schol. Apollonii Rhodii IV p.
983 p. 309 Τίμαιος δέ φησι ναὶ τὴν δρεπάνην ἔκει
(ἐν Κεραύρᾳ) πειρυφθαι ἢ ὁ Κρόνος τὰ τοῦ Οὐρανοῦ
αἰδοῖα ἀπέτεμεν ἢ ὁ Ζεὺς τὰ τοῦ Κρόνου. Accura-
tissime hac de re egit Robertus Unger, Zeitschr.
f. d. Alterth. w. 1842 p. 1171 sq.

Polit. II p. 378 B. Οὐδέ γε, ἦν δ' ἐγώ, τὸ πα-
ράπαν, ὡς θεοὶ θεοῖς πολεμοῦσι τε ναὶ ἐπιβουλεύονται
ναὶ μάχονται.

Conjunctio vocabulorum πολεμεῖν et μάχεσθαι
quae etiam occurrit Polit. V p. 470 C, in
mentem revocat Homericum πολεμίζειν ἢδε μά-
χεσθαι (Iliad. II, 452; III, 67, 435; VII, 3).
Scriptor Vitae Homeri vere aureae quae legitur
apud Galeum, monet πολλὰς δὲ γνώμας ναὶ παραι-
νέσεις ἀγαθὰς Ὁμήρου ἐξενεγκόντος, παρέφρασαν οὐν
οἱ λίγοι τῶν μετ' αὐτὸν sententiam suam défendit
afferendo locos Pythag. Eurip. Aesch. Soph. Arati.
Vix ignoscas ei quod ceteris non addidit Platonem,
qui innumeris locis Homerum nobis in mentem

revocat. Liceat autem exemplorum moli unum eripere. Polit. VII p. 535 B legitur vocabulum rarissimum *ἀρρενός*, cuius sensus declaratur altero loco ubi occurrit, Cratyl. p. 507. Homerium illud esse non recte monuit Ruhnken. in Opusc. p. 15 ed. Kidd (cf. Index ad Timaei Gloss. ed. Koch), nam apud Homerum non exstat. 1)

Polit. II p. 379 C. *Τῶν παιῶν ἀλλ' ἄττα δει*
ζητεῖν τὰ αἴτια, ἀλλ' οὐ τὸν θεόν.

Stallb. conferri jubet Polit. V p. 617 E. Addi possunt Tim. p. 56 C, Politic. p. 273 B. C.

Polit. II p. 382 D. *Ποιητής μὲν ἀρι ψευδῆς ἐν*
θεῷ οὐκ ἔντι.

Conjectura locum sanare voluerunt Markland. ad Lysiam p. 408 ed. Reiske et Ruhnken. in Opusc. tom. I p. 234 ed. Bergman., qui laudantur a Stallb., sed videtur conjectura non opus esse. Similiter Latine dicitur „erant in Catone multae literae.” Phaed. p. 77 E legimus *ἴσως ἔντι τις παιᾶς ἐν ημῖν παῖς.* Schneider. ad h. l. affert verba Diphili, quae leguntur apud Harpo-crationem in *δευτεροποίος*: *ἄγαθος βαφεὺς ἔνεστιν ἐν*

1) In praefatione ad Timaei Gloss. scribit Ruhnkenius Platonem amare verba antiqua et a vulgari usu remotiora. At num Plato, sicuti Thucydides, Sallustius, alii, amavit antiquae orationis colorem?

τῷ παιδιῷ. Optime sententia Platonica vernacula sic redderetur: er steekt in den god geen leugenaar (geen leugenachtig dichter).

Polit. III p. 391 C. . . . ὡς Ἀχιλλεὺς — τοσαντης
ην ταραχῆς πλέως, ὡστ' ἔχειν ἐν αὐτῷ νοσήματε δύο
ἐναντίω ἀλλήλοιν, ἀνελευθερίαν μετὰ φιλοζῷγματίας
καὶ αὖ ὑπερηφανίαν θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων.

Cum Platonis verbis comparetur Cicero, Tusc. Disp. III cap. 4 § 7: „Num reliquac quoque perturbationes animi, formidines, libidines, iracundiae? Haec enim fere sunt ejusmodi quae Graeci πάθη appellant: ego porteram *morbos*; et id verbum esset e verbo; sed in consuetudinem nostram non caderet. Nam misereri, invidere, gestire, laetari, haec omnia morbos Graeci appellant, motus animi rationi non obtemperantes: nos autem hos cosdem motus concitati animi recte, ut opinor, perturbationes dixerimus, morbos autem non satis usitate.” Similia apud Ciceronem leguntur Offic. III cap. 5 § 18, Finib. III § 35.

Polit. III p. 399 E. *Nη τὸν κύνα.*

Ad intelligendam originem hujus affirmandi formulae, quae Socrati imprimis familiaris erat, (vid. Wyttensb. ad Phaedon. p. 260 et qui ibi laudatur Aeg. Menagius ad Diog. Laërt. II § 40.) fortasse facit monitum Baehrpii ad Ctesiam: Canis multum abest ut de-

spicatu sit habita apud Persas ut inter bona animalia Ormuzdi fuerit relata. Vid. Plutarch. de Isid. et Osir p. 369 F, p. 514 Wyttenb. Fuit quoque imago fidei et impri-
mis immortalitatis spe plena et ideo conspicua in monumentis sepulchralibus. Vid. Creu-
zeri Symbolic. I p. 752, ne plura. Cf. Jo.
Christ. Felix Baehr: Ctesiae Cnidii Operum re-
liquiae, Francof. ad Moenum 1824 p. 96 sq.

Polit. III p. 405 C. D. Τό δέ ιατρικῆς, ἣν
δέγω, δεῖσθαι, ὅτι μὴ τραυμάτων ἔνεα ἡ τινῶν
ἐπετείων νοσημάτων ἐπιπεδόντων, ἀλλὰ δι' ἀργίαν τε
καὶ δίαιταν, οἵαν διήλθομεν, ἔνυμάτων τε καὶ πνευ-
μάτων ὥσπερ λίμνας ἐμπιπλαμένους φύσας τε καὶ κα-
τάρρεονς νοσήμασιν οὐδόματα τίθενθαι ἀναγνάζειν τοὺς
κομφοὺς Ἀσυληπιάδας, οὐκ αἰσχρὸν δοκεῖ;

Spectatur ad Hippocraticam doctrinam de *fla-*
tibus atque de *fluctibus*. Vide „Oeconom. Hip-
pocr. s.s. v.v. Exstat ea in Hippocr. Oper. Omni-
tom. II ed. Anut. Foes.

Polit. III p. 414 C. Μηδέν καιρόν, ἣν δέγω,
ἀλλὰ Φοινικόν τι.

Conferatur Strabo III p. 259 B, ubi est
ψεῦσμα *Φοινικόν*. In Erasmi Adag. Epitome p.
280 ed. Elzev. anni 1650, explicatur prover-
biūm „Phoenicum pacta” : *Φοινίκων συνθῆκατι*. Si-
milia dicta feruntur Diogenis : *Αυδοὶ πορηροί, δευ-
τεροι δὲ λίγυπτοι | τρίτοι δέ πάντων Κάρες ἐξωλέστα-*

τοι. Phocylidis (V) Λέοντος πανοί, Luciani τριά
πάππα πανιστα. Notissimum est Κοητες ἀεὶ ψεύσται,
καὶ οὐδεῖα, γαστέρες ἀργαί. A. Livio memoratur
(Histor. XXI cap. 4) „perfidia Punica”, apud
Horatium legitur „Parthis mendacior” (Epist.
II, 1 v. 113) „infidi Persae” (Odar. IV, 15 v. 23).

Polit. V p. 452 C ἀπεργοῦν τοῖς πολλοῖς
τῶν βαρβάρων γυμνούς ἀνδρας δρᾶσθαι.

Miror nullum interpretem hic contulisse He-
rod. I cap. 10, imprimis haec verba: παρὰ γάρ
τοῖσι Ανδοῖσι, σχεδὸν δὲ καὶ παρὰ πᾶσι τοῖσι ἀλ-
λοισι βαρβάροισι, καὶ ἀνδρας ὁφῆνται γυμνὸν εἰς αἱ-
σχυνηγενέας μεγάλην φέρει, ubi vid. Wesseling.

Polit. V p. 459 C. Συγγρῷ τῷ ψεύδει καὶ τῇ
ἀπάτῃ πινδυνεύει ἡμῖν δεήσειν χρῆσθαι τοὺς ἀρχαντας
ἐπ’ ὠφελείᾳ τῶν ἀρχομένων.

Quamquam Plato Legg. V p. 730 C melio-
ra scripsit, saepius tamen probavit ψεύσμα ἐν
δέοντι γενόμενον. Vid. Polit. II p. 382 C, III p.
414 B, I p. 331 C. Legg. II p. 663 D. Haud
dissimilis sententia legitur in Xenoph. Cyrop.
I, 6 § 31, apud Sophoclem, Philoct. 108 sq.:
Neopt. οὐκ αἰσχρὸν ἦγε δῆτα τὰ ψεύδη λέγειν; Ul.
οὐκ, εἰ τὸ σωζῆνται γε τὸ ψεύδος φέρει, et in oratione
Darii apud Herodot. III cap. 72.

Polit. V p. 460 C. . . . τὰ δὲ τῶν χειρόγρων [sc.
τέκνα] καὶ ἔάν τι τῶν ἔτερων ἀνάπηδον γίγνηται, ἐν
ἀπορογήτῳ τε καὶ ἀδήλῳ καταπούσθουσιν ὡς πρέπει.

Respicit Plato locum illum in Timaeo p. 19 A : *τὰ δὲ τῶν πανῶν εἰς τὴν ἀλλην λαρῷα διαδοτέον πόλιν.* Ceterum non interfici jubet, sed inter inferioris ordinis homines, in opificum classem detrudi. Cf. Goettling ad Aristot. Polit. p. XIV.

Polit. V p. 461 B. *Οραν δὲ δὴ, οἷματι, αἱ τε γυναικεῖς καὶ οἱ ἄνδρες τοῦ γεννᾶν ἐκβῶσι τὴν ἥλι-
νιαν, οὐτέ.*

Laudat Ocellus Lucanus, de Univ. cap. 4 ed. Gale 1). : *Αεὶ δὲ καὶ παιδεύειν τὰ τοιαῦτα τῶν νομίμων ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς πόλεσι, τὸ μῆτε μητρὶ συγγίγνεσθαι μῆτε θυγατρὶ, μῆτε ἀδελφῇ, μῆτε ἐν ἴεροῖς, μῆτε ἐν φανερῷ τόπῳ, καλὸν γάρ ἔστι καὶ πρόσφρον τὸ ὡς πλεῖστα καλύματα γίγνεσθαι τῆς ἑνεργείας ταῦτης.*

Polit. VI p. 495 B. *Καὶ ἐξ τούτων δὴ τῶν ἀνδρῶν καὶ οἱ τὰ μέγιστα καὶ ἐργαζόμενοι τὰς πόλεις γίγνον-
ται καὶ τοὺς ἴδιωτας, καὶ οἱ τὰγαθά, οἱ ἀν ταῦτη τύχωσι ἁυέντες.*

Vir Doct. S. A. Naber in erudita disputatione q. i. Observationes criticae in Platonem p. 19, 2) facillima mutatione pro οἱ ἀν legendum propo-

1) De Ocello Lucano egit. Fabr. ad. Sext. Empir. Oper. pagg. 662, 685, 687; Bibl. Gr. tom. I, p. 855 ed. Harl.

2) Continuantur observationes illae in: Tijdschrift voor de Nederl. Gymnas. 1863—64, pag. 49—83.

suit ὁταν. Verum sensum loci recte ni fallor Astius, probante Schneidero, constituit hunc: si commendare qui forte hue (ad bonum et virtutem) feruntur. Quod si ita est praestat commendare lectionem vulgatam.

Polit. VI p. 498 A εν δὲ τῷ ἐπειτα, οὖν καὶ ἄλλων τοῦτο πραττόντων παραπλανόμενοι θέλωσιν ἀποδαται γίγνεσθαι, μέγαλα ἥγονται, πάρεργον οἰόμενοι αὐτὸ δεῖν πράττειν.

Verum jam videtur sensisse Ficinus qui locum sic reddidit: „si ab aliis id agentibus provocati auditores fieri patientur, *magnum quid cogitant*”, cet. Contexta oratio illi interpretationi favet. Non immerito autem verba μέγαλα ἥγονται post aliorum conjecturas tentavit Vir Cl. J. A. C. v. Heusde, dubitans annon illa locutio barbara potius sit quam Graeca, nedum Platonica. Conjicit legendum esse μεγαλανχοῦνται. 1) Et sane frequentissime in codicibus scriptione continua exaratis vitia orta sunt e prava distinctione verborum. At non probaverim emendationem μεγαλανχοῦνται, quia illa minus convenit cum ironia quae nostro loco inest. Quare malim legere μέγα τι ἥγονται.

1) Vid. Theses adjectae ejus dissertationi q. i. M. Tullius Cicero *Φιλοπλάτων*, Traj. ad Rhen., 1836. 8.

Polit. VI p. 504 B. Ἐλέγομέν πον, ὅτι ὡς μὲν δυνατὸν ἦν κάλλιστα αὐτὰ κατιδεῖν ἄλλη μακροτέρᾳ εἴη περίοδος, ἥν περιελθόντι καταφανῇ γίγνοιτο, τῶν μέντοι ἔμπροσθεν προειρημένων ἐπομένας ἀποδεῖξεις οἵον τ' εἴη προσάφαι.

Praestat ibi pro ἐπομένας cum viro Doct. S. A. Naber legere ἐχομένας, unde pendeat genitivus τῶν. Longior via quam Plato ingrediendam esse monet, ut ad veram animi cognitionem perveniamus est ea, quae per ideas ad veram de animo sententiam dicit.

Polit. VI p. 507 E. Οὐ σμικρὰ ἄρα ἴδεα η τοῦ ὁρᾶν αἰσχησις καὶ η τοῦ ὁρᾶσθαι δύναμις· τῶν ἄλλων συζευξεων τιμιωτέρῳ ζυγῷ ἐξίγησαν, εἰπερ μὴ ἄτιμον τὸ φῶς.

Vertit Ficinus: „Profecto visibilis ipsius vis et videntis potentia jugo quadam aliarum omnium conjugationum maxime honorando junctae sunt, non exigua quadam specie, si modo non contempendum est lumen.” Recte pro σμικρὰ ἄρα ἴδεα vertit σμικρὰ ἄρα ἴδεα, quam lectionem et oratio contexta flagitat, et praeter alias codex Paris. A exhibit. Non assentiendum videtur Bekkero, qui ut Polit. II p. 373 Εοῦ τι σμικρῶ, ἄλλ' ὅλω στρατοπέδῳ μείζων πόλις, ita hic ζυγὸν οὐ σμικρὰ ἴδεα τιμιώτερον dici existimat.

Polit. VII p. 514 A. Ἰδὲ γὰρ ἀνθρώπους οἷον εν καταγείῳ οἰκήσει σπηλαιώδει, κτέ.

Comparetur cum Platone Aristotelis locus qui legitur apud Ciceronem, de nat. deor II, 37 § 95: „Si essent qui sub terra semper habitavissent, bonis et illustribus domiciliis, quae essent ornata signis atque picturis, instructaque rebus iis omnibus quibus abundant ii, qui beati putantur, nec tamen exissent unquam supra terram” cet.; et Porphyrii verba (de antro nympharum, cap. 8 ed R. M. v. Goens): ἀφ' ὧν οἵμαι ὄρμωμενοι καὶ οἱ Πνοαγόειοι, καὶ μετὰ τούτους Πλάτων ἀντὸν καὶ σπηλαιον τὸν κόδμον ἀπεφήναντο.

Polit. VII p. 527 D. *Tί δαι; τρίτον θῶμεν αστρονομίαν; ή οὐ δοκεῖ; έμοι γοῦν, ἔφη τὸ γάρ περὶ ώρας εὑαισθητοτέρως ἔχειν καὶ μηρῶν καὶ ἐγιαυτῶν, ον μόνον γεωργίᾳ οὔτε ναυτιλίᾳ προσῆκει ἀλλὰ καὶ στρατηγίᾳ οὐχ ἥττον.*

In postrema verba commentarii instar est narratio quae legitur apud Livium: Histor. XLIV cap. 37. Agitur ibi de iis quae praecesserunt pugnam Pydnensem: „Castris permunitis C. Sulpicius Gallus tribunus militum secundae legionis qui praetor superiore anno fuerat, consulis permissu ad concionem militibus advocatis pronunciavit nocte proxima, ne quis id portento acciperet, ab hora secunda usque ad quartam horam noctis lunam defecturam esse. Id quia naturali ordine statis temporibus fiat

et sciri ante et praedici posse — — — Nocte quam pridie Nonas Septembres insequuta est, edita hora luna quum defecisset Romanis militibus Galli sapientia prope divina videri: Macedonas ut triste prodigium, occasum regni perniciemque gentis, movit." (Consonant fere cum Livio Plut. Aem. Paul. cap. 17; Plin. Hist. Nat. II cap. 6; Polyb. reliq. libri 29 cap. 6.) Simile quid de Columbo narrat Robertsonus in Histor. Americ. sub finem lib. II. 1). Convocavit ille Indianos qui jam desierant admirari Hispanos, ita ut ne commeatum quidem iis praebere vellent. Advocata concione dixit fore ut luna deficeret, seque conspiciendam daret sanguineam, iratam quippe propter eorum agendi rationem, atque mox iram suam re probaturam. Quod quum stante concione evenit, metu perculti, superstitioni illi homines statim cum viatico ad Columbum properarunt, seque prostraverunt ad pedes ejus orantes, ut averteret periculum imminens. Neque irritae fuerunt Columbi preces. Mox enim luna sicut antea lucere coepit.

Polit. VII p. 532 B. C. *Η δέ γε, ἦν δέγω,*

1) Operis versio hanc inscriptionem habet Belgicam: *Geschiedenis van America* door William Robertson, Amst. 1778. 8. Ibi vid. tom. I p. 268.

λύσις τε ἀπὸ τῶν δεσμῶν καὶ μεταστροφὴ ἀπὸ τῶν σκιῶν ἐπὶ τὰ εἰδώλα καὶ τὸ φῶς καὶ ἐν τοῦ παταγείου εἰς τὸν ἥλιον ἐπάνοδος καὶ ἐκεῖ πρὸς μὲν τὰ ζῶά τε καὶ φυτὰ καὶ τὸ τοῦ ἥλιου φῶς ἐπ’ ἀδυναμίᾳ βλέπειν, πρὸς δέ τὰ ἐν ὑδασὶ φαντάσματα θεῖα καὶ σκιὰς τῶν ὄντων, ἀλλ’ οὐκ εἰδώλων σκιὰς δι’ ἔτερου τοιούτου φωτὸς ὡς πρὸς ἥλιον κρίνειν ἀποσκιαζομένας, πτέ.

Recte monent scriptorem ex semet ipso imprimis intelligendum et explicandum esse. Jam vide quam arcte cohaereant verba modo descripta cum imagine antri inferni quae proponitur in eodem Politiae libro p. 511 A sqq. Cum λύσις ἀπὸ τῶν δεσμῶν confer. p. 515 C. σκοπεῖ δὴ — — αὐτῶν λύσιν τε καὶ ἴασιν τῶν τε δεσμῶν. — Cum verbis μεταστροφὴ ἀπὸ τῶν σκιῶν ἐπὶ τὰ εἰδώλα confer. p. 515 D. παθορᾶν ἐκεῖνα ὡν τότε τὰς σκιὰς ἐώρα. — Cum τὸ φῶς confer. verba καὶ πρὸς τὸ φῶς ἀναβλέπειν. — Cum καὶ ἐν τοῦ παταγείου εἰς τὸν ἥλιον ἐπάνοδος καὶ ἐκεῖ πρὸς μὲν τὰ ζῶά τε καὶ τὰ φυτὰ καὶ τὸ τοῦ ἥλιου φῶς ἐπ’ ἀδυναμίᾳ βλέπειν conferenda sunt quae leguntur p. 515 E εἰ δέ — — ἐντεῦθεν ἔλκοι τις αὐτὸν βίᾳ διὰ τραχείας τῆς ἀναβάσεως καὶ ἀνάρτους καὶ μὴ ἀνείη ποὺν ἐξελκυθείειν εἰς τὸ φῶς τοῦ ἥλιου ἀραι οὐχὶ ὁδυνᾶσθαι. Sequitur legendum esse in textu cum nonnullis libris, Vind. F, Aug. B, Flor. R, καὶ τὸ τοῦ ἥλιου φῶς ἀδυναμίᾳ βλέπειν. Si ita textum constituis, accurate

singula sibi respondent: *λέσις* — μεταστροφή — *ἐπονοδάς* — ἀδυναμία βλέπειν — πᾶσα αὕτη ή πραγματεία. Verba ἐνταῦθα δέ πρὸς φαντάσματα quamquam paucissimorum codicum auctoritate narrantur, retinenda sunt. Respicere videntur ea quae legimus Polit. VII p. 516 A. οὐ γὰρ ἀν ἔφη, ἔξαιφνης γε. Συνηγείας δη, οἷμαι, δέοιτ' ἀν, εἰ μέλλοι τὰ ἀνω ὄψεσθαι καὶ πρῶτον μὲν τὰς σπίας ἀν ὁδοῖς παθοδρόφη, καὶ μετὰ τοῦτο ἐν τοῖς ὑδασι τὰ τε τῶν ἀνηρώπων καὶ τα τῶν ἄλλων εἴδωλα, ὕστερον δέ αὐτά ἐν δέ τοιτῶν τὰ ἐν οὐράνῳ καὶ αὐτὸν τὸν οὐρανον, κτέ.

Polit. VII p. 533 E. Οὐ περὶ οὐράνιος η ἀμφιβρήτησις οἵς τοσούτων πέρι σκέψις ὅσων ἡμῖν προκεῖται. Οὐ γὰρ οὖν ἔφη ἄλλ' ο μόνον δῆλοῖ πρὸς τὴν λέξιν σαφηνεῖται, ο λέγοι ἐν ψυχῇ.

Pro ἐν ψυχῇ corrigendum est η ψυχῇ. Voculae ἐν et η facile permutari potuerunt, sicuti μέν et μη, de quibus id monuit Bothe ad Soph. Oedip. Colon. v. 1559. Antiquissimum esse vitium inde apparent quod adest in omnibus nostris codicibus.

Polit. VII p. 534 D. Ἄλλα μήγ τοις γε σαντοῦ παιδιάς, οὓς τῷ λόγῳ τρέφεις τε καὶ παιδεύεις, εἴ ποτε ἔργῳ τρέφοις, οὐκ ἀν ἔσταις, ως ἐγῷμαι, ἄλογονς οὐτας ὥσπερ γραμμάς, ἀρχοντας ἐν τῇ πόλει κυρίους τῶν μεγίστων εἶναι.

Γραμμή semper significat *lineam*. De linea

in pictura (*γραφά*) dicitur in fragm. Theagis in Galei Opusc. p. 695; de linea geometrica, notissimo loco Menonis, ubi Socrates docet, quomodo notiones geometricae hominum etiam imprecitissimorum animis elici possint. Off. etiam Polit. VI p. 509 D, Protag. 326 D, Thcaet. 181 A, et apud Plutar-chum proverbium *μή πίνει γραμμήν* i. e. ne mutes rerum fines praescriptos. 1) Sequitur *γραμμάς* nostro loco a Platone scribi non potuisse. Nuper Vir Doct. S. A. Naber in commen-tatione supra laudata pag. 19 proposuit emen-dationem *βλιτομάμμας*, quod significat apud Aristoph. Nubib. 1001 2) eum, qui infan-tis instar simplex et stolidus est. Videlur palaeographica ratione, hoc loco Platonis, usus rarissimi vocabuli defendi non posse. Melius Stallb. conjecit *γραφάς*; vellem excitasset, praeeunte Astio, locum qui legitur in Phaedro p. 275 D. *Δειγόν γάρ που — τοῦτ' ἔχει γραφή,* καὶ ὡς ἀληθῶς ὅμοιον ζωγραφίᾳ. καὶ γάρ τὰ ἐπείνης ἔχοντα ἔστηκε μὲν ὡς ζῶντα, ἕάν δὲ ἀνέρη τι σεμνῶς πάνυ σιγῆ.

1) Alia exempla indicantur in Indice Graecitatis Plut. Vid. Wyttentb. Oper. moral. edit., t. VIII p. 363.

2) Teste Nabero l.l. egit de illo vocabulo Phrynicus (Aenead. Graec. Ed. Imm. Bekker 31. 3)

Polit. VIII p. 547 E. Τὸ δέ γε φοβεῖσθαι τοὺς σοφοὺς ἐπὶ τὰς ἀρχὰς ἄγειν, ἀτε οὐκέτι κεκτημένη ἀπλοῦς τε καὶ ἀτενεῖς τοὺς τοιούτους ἀνδρας, ἀλλὰ μικτοὺς, ἐπὶ δὲ τοὺς θυμοειδεῖς τε καὶ ἀπλουστέρους ἀποιλίνειν, τοὺς πρὸς πόλεμον μᾶλλον πεφυκότας η̄ πρὸς εἰρήνην, καὶ τοὺς περὶ ταῦτα δόλους τε καὶ μηχανάς ἐντίμως ἔχειν, πτέ.

De τοῖς ἀπλουστέροις dici non potest sicuti de τοῖς θυμοειδεσιν eos πρὸς πόλεμον μᾶλλον πεφυκότας η̄ πρὸς εἰρήνην. Astius varias proposuit emendationes: ἀλλοιωτέρους (voluit sane ἀλλοιοτωτέρους, quamquam illud ipse saepius dedit; eundem errorcm errarunt alii), αὐστηρούς, ποικιλωτέρους, αὐθαδεστέρους. Vir Clar. J. A. C. v. Heusde 11. scribere jubet ἀπληστοτέρους. Mihi in mentem venit ἀγριωτέρους. Conf. Polit. IX p. 571 C. τὸ δὲ τῆς ψυχῆς θηριῶδες τε καὶ ἀγριον, Cratyl. p. 394 E τὸ θηριῶδες τῆς φύσεως καὶ τὸ ἀγριον αὐτῶν; neque negligendum est homines feros, atroces, bene opponi simplicibus, constantibus.

Polit. IX p. 586 A . . . βοσκημάτων δίκην κάτω καὶ βλέποντες καὶ κεκυφότες εἰς γῆν.

Haec verba eo me ducunt ut putem veram et genuinam lectionem apud Persium, Sat. II, 61, hanc esse: „curvae in *terras animae*” pro eo quod vulgo editur: „curvae in *terrīs animae*. Miror hanc emendationem non placuisse Otttoni Jahn, qui Persium cum schol. antiq.

edidit Lipsiae. 1843. 8. Conf. ibi pag. 27 et annot.

Polit. IX p. 588. Fingit ibi monstrum multigenae figurae; deinde humanam figuram, complectentem tria animalia: ipsum illud monstrum, leonem, hominem.

Praeter multos alios quos Ast. Stallb. Schneid. laudarunt, hujus imaginis memoriam nobis afferrunt Horatii Epist. ad Pison. vs 4 priores. Non ita saepe Horatium cum Platone componere licet. Quae nunc succurrunt exempla notabo. Sat. I : 4, 100 comp. cum Polit. I p. 327 C δόξας — ισομένη, η τοίνυν τούτων — πρείττους γένεσθε. Sat. II : 4, 1: „Unde et quo Catius”? comp. cum initio Phaedri ὁ φίλε Φαιδρε, ποι δὴ παὶ πόθεν; Sat. I : 9, 20: „Demitto auriculas, ut iniquae mentis asellus, cum gravius dorso subiit onus” comp. cum Polit. X p. 613 C τὸ μὲν πρώτον οἰξέως ἀποπήδωσι, [sc. οἱ δρομεῖς], τελευτῶντες δὲ παταγέλαστοι γίγνονται, τὰ ὡτα ἐπὶ τῷρ ὠμων ἔχοντες καὶ ἀστεφάνωτοι ἀποτρέχοντες. Epop. V : 45: „Quae sidera excantata voce Thessala | lunamque coelo diripit” comp. cum Gorg. p. 513 A. τὰς τὴν σελήνην παθαιρουσας τὰς Θετταλίδας. Ep. ad Pison. 408—411 comp. cum Phaedro p. 269 D.

Polit. X p. 598 C. Ἐπειδάν τις ήμιν ἀπαγγέλλῃ περὶ του, ως ἐνέτυχεν ἀνθρώπῳ πάσας ἐπισταμένω τὰς δημιουργίας, κτέ.

Componantur verba quae leguntur Ion. p. 533 B. C. Ἀλλὰ μὴν — — — — οὐδέ ἐν αὐλήσει γε οὐδέ ἐν κιθαρίσει οὐδὲ ἐν κιθαρῳδίᾳ οὐδὲ ἐν ψαφῳδίᾳ οὐδεπώποτ' εἰδεις ἀνδρα, δότις περὶ μὲν Ὁλύμπου δεινός ἐστιν ἔξηγεῖσθαι ή περὶ Θαυμάρου η περὶ Ὄρφέως η περὶ Φημίου τοῦ Ἰθακησίου ψαφῳδοῦ, περὶ δὲ Ἰωνος τοῦ Ἔφεσίου ἀπορεῖ παὶ οὐκ ἔχει συμβαλέσθαι ἀ τε εὗ ψαφῳδεῖ παὶ ἀ μη. Ion. Οὐκ ἔχω σοι περὶ τούτου ἀντιλέγειν, ὁ Σώκρατες, ἀλλ' ἐκεῖνο ἐμαυτῷ σύνοιδα, δότι περὶ Ὄμηρου πάλλιστ' ἀνθρώπων λέγω παὶ εὐπορῶ, παὶ οἱ ἄλλοι πάντες μέ φασιν εὗ λέγειν, περὶ δὲ τῶν ἄλλων οὐ.

Polit. X p. 600 E. Οὐχὶ μᾶλλον ἀν αὐτῶν ἀντείχοντο η τοῦ ϕρυσοῦ παὶ ἡνάγναξον παρὰ σφίσιν οἵκοι εἶναι, η εἰ μὴ ἐπειθον, αὐτοὶ ἀν ἐπαιδαγώγουν δῆσαι.

Praecedunt fere haec: „Homerum et Hesiodum eorum aequales si poëtae illi quicquam juvare eos ad virtutem potuissent, numquid permisissent oberrare tamdiu passim carmina decantantes?” Quum autem παιδαγωγεῖν solummodo significet instituere, regere paedagogi more, bonus sensus e lectione vulgata, quam omnes tuentur codices, elici nequit. Platoni manum suam reddere voluit V. Clar. J. A. C. v. Heusde l.l. verba leviter transponens in hunc modum: αὐτοὶ ἀν ὅπου ἐπαιδαγώγουν, ἥσσαν i. e. ipsi aequales Homerum et Hesiodum ubique docerent secuti essent. Possit etiam locum sic

constituere: αὐτοὶ ἀν ἐποδηγουν [συμποδηγεῖν apud Plat. occurrit. Politic. p. 269 C, 270 A] ὅπῃ γέσαν i. e. ipsi deduxissent eos quocunque irent.

Polit. X p. 615 A. εἶναι δὲ τὴν πορείαν χιλιέτη.

Phaedr. p. 249 B legitur: τῷ δὲ χιλιόστῳ [sc. έτει] ἀμφότεραι ἀφικνούμεναι ἐπὶ οἰκησιν. Cf. Polit. X p. 621 D. — Phaedro p. 249 A. constituitur ter mille annorum circuitus illi animo qui ter bonam vitam elegit, vitam τοῦ φιλοσοφήσαντος ἀδόκως η παιδεραστήσαντος μετὰ φιλοσοφίας. Ceterum annorum numerus vario modo definitur. Herodotus narrat (II cap. 123 = Ed. Rawlinsoni vol. II p. 198, ubi vid. annot.) secundum Aegyptios circuitum absolvi tribus annorum millibus. Novem annos constituit Pindarus in fragmēto ορήνου apud Platonem, Menon. p. 81 B. C (= Pind. fragm. ed. Boeckh 98: tom. II parte 2 p. 623): Οἵσι γάρ ἀν Φερεφόνα ποινὰν παλαιοῦ πέρθεος δέξηται, εἰς τὸν ὑπερθεν ὄλιον κείνων ἐνάτῳ ἔτει ἀνδιδοῖ ψυχὰν πάλιν, ἐκ τῶν βασιλῆς ἀγανοὶ καὶ σθένει προαιπνοὶ σοφίᾳ τε μέγιστοι ἀνδρες αὖξονται. Mille lustra memorat Silius Italicus, Punic. lib. XIII v. 558: Hac animae coelum repetunt; ac, mille peractis, | oblita Ditem redeunt in corpora, lustris.

Polit. X p. 617 C. λάγεσιν τε καὶ Κλωθῷ καὶ Ἀτροπού

Apud Plutarchum (de fato) legimus:... ὡν
 η μὲν ἀνωτάτῳ Κλωθῷ προσαγορεύεται, η κατωτάτῳ
 δὲ Λάχεσις. Praeter alios magis hac in parte
 Platonem secutus est Chalcidius, Neoplatonieus
 philosophus saec. IV (?), qui „in Timaeum Pla-
 ton. comment.” cap. VII supremam esse Atropo-
 dicit, medium Clotho, imam Lachesin, ad q. l.
 vide Fabricii notam de Parcis.

Tim. p. 28 C Τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα
 τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς
 πάντας ἀδύνατον λέγειν.

Respexit illa verba C. Vellejus apud Cie., de nat.
 deor. cap. 12: „Jam de Platonis inconstantia lon-
 gum est dicere qui in Timaco patrem hujus mun-
 di nominari posse neget, in Legum autem libris
 quid sit omnino Deus anquiri oportere non
 censeat.” Locus in *Nόμοις* legitur lib. VII p. 821
 A: τὸν μέγιστον θεὸν καὶ ὅλον τὸν κόσμον φαμὲν
 οὐτε ζητεῖν δεῖν οὐτε πολυπραγμούεῖν τὰς αἰτίας
 ἐρευνῶντας· οὐ γὰρ οὐδὲ ὅσιον εἶναι· τούτου δὲ ξοκε
 πᾶν τοῦτο τούναντιον γιγνόμενον οὐδέποτε ἀν γιγνεσθαι.
 Monuit Krische, Forschungen tom. I p. 181
 Ciceronem locutum esse ex mente Epicurei,
 atque hoc plerosque fugisse interpretes e. g.
 Richterum: de Platonis ideis, Lips. 1827 p. 4.
 Ipsius verba haec sunt: „Es ist ganz irrig wenn
 Richter in den Worten de Platonis inconstantia
 longum est dicere bei Cicero ein über Platons

Lehre gefälltes allgemeines Urtheil findet, ohne zu berücksichtigen dass dieses blosz im Geiste eines Epicureers gesprochen ist."

Tim. p. 29 E. Ibi de *τῷ ξυνιστάρτι τὸ πᾶν τόδε* dicitur *ἀγαθὸς ἦν, ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίγνεται φθόνος.*

Fortasse Plato cogitabat, hoc loco aliisque similibus, ut Phaedr. pag. 247 A., Herodoteam sententiam, quae etiam apud Homerum invenitur, (Odyss. IV : 181, II : 65, VIII : 565) *τὸ θεῖον πᾶν esse φθονεόν.* Cf. Herod. I cap. 32, III cap. 40, VII cap. 10 & 46, VIII cap. 109, al. De sensu sententiae Herodoteae egit Vir. Doct. A. de Jongh: de Herod. philosophia p. 39 sq., cuius imprimis attendantur haec verba: „Herodoteae sententiae haec ratio est ut universe quidem divinum numen felicitati humanae invideat, maxime tamen haec invidia suam vim in eos exserat qui fragilitatis rerum humanarum obliiti sua felicitate superbiunt.” Cf. ibid. p. 36.

Tim. p. 72 A. *Εὖ ναι πάλαι λέγεται τὸ πράττειν ναι γνῶναι τὰ τε αὐτοῦ ναι ἔαντὸν σώφρονι ἀνδρὶ μόνῳ προσηκειν.*

Non fortuito factum videtur quod *τὸ πράττειν* praemittitur *τῷ γνῶναι*, neque negligendus esse in eodem genere locus Theact. p. 149 C, ubi Socrates dicit *ὅτι η ἀνθρωπίνη φύσις ἀσθενεστέρα η λαβεῖν [i. e. η ὠστε λαβεῖν] τέχνην ὁ*

αντὶ ἡ απειρος. Similem accuratam verborum collocationem observavit Wyttenb ad Phaed. p. 143, in verbis *πινδυνεύουσι γὰρ οὗτοι τογχάνουσιν οὐθῶς ἀπτόμενοι φιλοσοφίας, λεληθέναι τοὺς ἄλλους ὅτι οὐδὲν ἄλλο αὐτοὶ ἐπιτηδεύουσιν η ἀποθνήσκειν τε καὶ τεθνάναι,* quem locum laudavit Nicephorus Nathanael, Antithet. adv. Plotinum cap. 6. ed. Creuzer.

Theaet. p. 161 D. . . πάντων χρημάτων ἀνθρώπον μέτρον εἶναι.

Protagoreum illud placitum, res quasque tales esse quales hominum sensibus appareant, comparetur cum sententia quae legitur in Euryphami Pythagorei libro *περὶ βίου*, cuius fragmentum servavit Stobaeus, Floril. Tit. 103 § 27 *τὸ θῆτον ἀνθρώπον, πολυτελέστατον ζῶον, ἐς τὸν πόσμον ἐσφυτεῖν, ἀντίμιμον μὲν τᾶς ἴδιας φύσιος, ὄφθαλμον δὲ τᾶς τῶν ὄντων διαποσμάσιος.*

Phaedr. p. 229 E. *Καὶ ἐπιρρεῖ δὲ ὅχλος τοιούτων Γοργόνων καὶ Ηγέασων, καὶ ἄλλων ἀμηχάνων πλήθη τε καὶ ἀτοπίαι τερατολόγων τινῶν φύσεων.*

Profecit inde Clemens Alex., Protrept. p. 44 C ed Sylb.: *καὶ πολὺς μοι ἐπιρρεῖ τοιοῦτος ὅχλος οἰόνει μορμώ τινα δαιμονίων παρεισάγων ξένων ἀτοπον σκιαγραφίαν μυθολόγων θηλῷ γραϊκῷ.* Flosculum Platonis ostendit Hermias, Irris. Gentil. Philos. cap. 15 ed. W. Worth: *τούτων τοίνυν τοσούτων ὄντων ἄλλο μοι πλῆθος ἀπὸ Αἰβάνης ἐπιρρεῖ.*

Phaedr. p. 237 A. *"Ἄγετε δὴ, ὦ Μοῦσαι,*

Socrates cum irrisione orationem suam ita incipit. Solent sapissime poëtae post Homerum et Hesiodum (?) Musae aut Musarum opem implorare carmina auspicantes, quasi nisi a numine divino edocti ea scire non possunt. Secuti sunt eos prosae orationis scriptores. Vid. e. g. Aristid., In Jovem (Op. t. II p. 2 cd. Dindorf.): *Εἰεν δὴ, Μοῦσαι Λιός παῖδες, ὅν γὰρ ἔγωγε ὁρῶ πότε ἀν τις ἴμᾶς ἀμεινον παλέσειν;* Plato, Polit. VIII p. 545 D: *ἡ βούλει, ὡσπερ Ὁμηρος, εὐχάριστα ταῖς Μούσαις πε.*

Phaedr. p. 251 B. . . . δεξάμενος γὰρ τοῦ πάλιν τὴν ἀπορροήν διὰ τῶν ὀμμάτων.

Plato multa expressit ex aliis auctoribus, Homero imprimis, sed plura ex ipso a posterioribus, Dione Chrysostomo, Maximo Tyrio, Themistio, Synesio, aliis expressa sunt. Ad locum supra indicatum Stallb. contulit Eurip. Hippol. 528, Soph. Antig. 795, Ajac. 140, 1266, Aesch. Agam. 419, Aristaen. Epist. II: 18. ed. Boisson. Adde Gregor. Nazianz. Orat. X p. 283 B. ed. Frid. Morelli: Generis splendor in eo consistit ut divinam imaginem conservemus atque exemplar nostrum ὅσον ἐφικεῖν τοῖς σαρκός δεσμοῖς, καὶ βραχίαν ἀπορροήν τοῦ παλοῦ δέχεσθαι δυναμένοις.

Phaedr. p. 253. Multi laudantur scriptores qui hanc allegoriam respexerunt, sed omittitur

Tatianus, cap. 20 Orat. ad Graecos ed. W. Worth. Locum mihi indicavit Dunckerus, Apolog. saec. II de essentialibus naturae humanae partibus placita, Gotting. 1850. 4. p. 13, simul monens memorabile esse disserimen inter Platonis et Tatiani sententiam. Secundum Platonem animus etiam post lapsum in corpus humanum idearum memoriam retinuit. Tatianus vero animum ab initio cum corpore conjunctum fuisse docet, materialem illum, et spiritu divino elatum ad regionem supercoelestem, tum vero quum peccando pennas amiserit in hancce inferiorem terram tanquam propriam suam sedem relapsum esse, cognitione Dei orbatum, cuius imbecilles tantum et invalidae reliquiae apud eum remanserint.

Phaedr. p. 257 E. Γλυκὺς ἀγνῶν, ὁ Φαῖδρε,
λέληθε σε, ὅτι ἀπὸ μακροῦ ἀγνῶνος τοῦ πατὰ Νεῖλον
ἐκλήθη.

Non adscripserim verbis illis, quae mirum quantum interpretes cruciarunt, solenne corruptelae signum. Lectionem μακροῦ tuentur Hermias, et Eustathius ad Iliad. K, pag. 791. 1) Utriusque testimonium in Stallb.

1) Eustath. — — ad Hom. Iliad. Ad fidem exempli Romani ed., Lips. 1827. 4. tom. I pag. 317.

ad h. l. annotatione legitur. 1) Probabilius duco cubitum Nili ita *κατ' αντίφασιν* dictum fuisse a difficultatibus quas praebebat prae ceteris, quam a salso 2) sapore, qui ei, ni fallor, cum ceteris cubitibus communis erat. Cum usu vocabuli *γλυκύς* nostro loco conferri potest significatio stoliditatis quam apud alios scriptores, subinde quoque apud Platonem habet, qui co sensu plerumque usurpat *εὐηθῆς*. Conf. Ruhnken. de hoc usu lectu dignissima monens ad Tim. Soph. Lexic. p. 111 ed. Lipsiensis, cuius annotationi ut aliquid certe exemplorum ipse addam, vid. Palaephatus, de Incredib. e. g. §§ 9, 11, 20, 21, 28, 29 ed. Gale. — Quare si quaeris utrum vulgata lectio cum Nabero nostro sollicitanda sit, propensior sum ad negandum quam ad affirmandum.

Phaedon. p. 71 B. *Μεῖζονος γὰρ πράγματος καὶ ἐλάττονος μέταξυ αὐξησίς καὶ φθίσις.*

Cum illo loco componantur quae habet Ocel-

1) In Zenobii epitome proverbiorum Didymi et Tarrhaei: II, 92, legimus: *τὴν παροιμίαν ρησίν εἰρησθαι ἀπὸ τοῦ λεγομένου μαχροῦ ἀγκάνος ἐν τῷ Νεῖλῳ. κατὰ ἀντίφασιν, ἀντὶ τοῦ δυσχερός* ubi vid. Schott. (Cf Paroemiographi Graeci ed. Thom. Gaisf. Oxon. 1836. 8 p. 277 et Proverb. e cod. Bodl. num 314 Gaisf. pag. 33.)

2) V. Doct. S. A. Naber conjicit scribendum esse *ἀλμυροῦ*. Vid. ejus egregia disputatio supra laudata, p. 19.

lus Lucanus, de Univ. cap. 1 ed. Gale: *Ηάν τε τὸ γενέσεως ἀρχὴν εἰληφός, καὶ διαλύσεως οφεῖλον κοινωνῆσαι, δύο ἐπιδέχεται μεταβολάς· μίαν μὲν ἀπὸ τοῦ μείονος ἐπὶ τὸ μεῖζον, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ χειρονος ἐπὶ τὸ βέλτιον. παλεῖται δὲ τὸ μὲν ἀφ' οὗπερ ἀν ἄρξηται μεταβάλλειν, γένεσις τὸ δὲ εἰς ὃ ἀφικνεῖται, αἱμή. δευτέραν δὲ τὴν ἀπὸ τοῦ μεῖζονος ἐπὶ τὸ μεῖον, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ βέλτιονος ἐπὶ τὸ χειρον. τὸ δὲ συμπέρασμα τῆς μεταβολῆς ταῦτης ὀνομάζεται φθορὰ καὶ διάλυσις.*

Phaedon. p. 72 A *ἰνανὸν πον ἐδόκει τεκμήριον εἶναι, διτι ἀναγκαῖον τὰς τῶν τεθνεώτων ψυχὰς εἶναι πον, ὅτεν δὴ πάλιν γίγνεσθαι.*

Heindorf: an ὅτεν δεῖ πάλιν γίγνεσθαι? Alioquin exspectabam ὅτεν δὴ πάλιν γίγνονται. Sed locus non laborat mendo. Cf. Matthiae Gr. G. § 538. Affert praeter alios locos Polit. X p. 614 C. Prorsus ut illo loco ibi: *ἀφικνεῖσθαι σφᾶς εἰς τόπον τινὰ δαιμόνιον, ἐν ᾧ τῆς τε γῆς δύο εἶναι γάσματα — διαυστάς δὲ μεταξὺ τοιτων καθῆσθαι, οὓς ἐπειδὴ διαδικάσσειν, τοὺς μὲν διαφύοντας κελεύειν πορεύεσθαι.*

Phaedon. p. 77 D. *καὶ δεδιέναι τὸ τῶν παιδῶν, μὴ ως ἀληθῶς ὃ ἀνεμος αὐτὴν ἐνβαίνουσαν ἐκ τοῦ σώματος διαφυσάς καὶ διασυεδαννυγ.*

Antequam Plato ad Socratis disciplinam se consultit Heracliti secta fuerat imbutus (Aristot. Metaph. I cap. 6, Diog. Laërt. III § 5). Verba modo descripta Heracliti placitum continent. Vid.

Theodoret., ad Graecos V p. 73 Sylb.; Philo, de mundi incorr. p. 509 Mang., secundum quem erat ille οἰόμενος ψυχὴν εἴναι τὸ πνεῦμα. Scribit Aristoteles, de anima I cap. 5: Τοῦτο δὲ πέπονθε καὶ ὁ ἐν τοῖς Ὁρφικοῖς παλονυμένοις ἔπεσι [circumferebantur libri Orphei: Polit. II p. 364 E Steph.] λόγος: φησὶ γὰρ τὴν ψυχὴν ἐν τοῦ ὅλου εἰσιέναι, ἀναπνεόντων φερομένην ὑπὸ τῶν ἀνέμων.

Phaedon. p. 81 E. animos hominum post mortem migrare monet εἰς τοιοῦτ' ἥθη, ὅποι ἀπείπενται μεμελητηκυῖαι τύχοσιν ἐν τῷ βίῳ — — — οἷοι τοὺς μὲν γαστριμαργίας τε καὶ ὑβρεις καὶ φιλοποσίας μεμελητηκότας καὶ μὴ διευλαβημένους εἰς τὰ τῶν ὅνων γένη καὶ τῶν τοιούτων θηρίων εἰπόσις ἐνδιέσθαι πτέ.

Monet J. V. le Clerc, V. Cl.: Platon a conçu le premier que l'âme, séparée du corps, arrive à une autre vie dans le même état moral où l'a laissée le moment de la mort. (Cf. le Clerc, Pensées de Platon, Paris, 1819. 8. pag. 196). Platonem non *primum* ita statuisse patet ex fabulis de inferis: Odyss. XI : 568, 572, 601; XI : 565—627 (?). Videtur noster metempsychosi tanquam imagine usum esse sortis animalium futurae, neque eam proprie intellexisse, sicuti Neoplatonicus saec. II, L. Appulejus in Metamorph. s. de asino aureo. Phaedonis

loco solitam Socratis ironiam agnoscit V. Clar. Karsten (Verhand. over Palingenesie en Mettempyrosis, Amstelod. 1846 8. p. 41.)

Phaedon. p. 86 B. *Καὶ γὰρ οὖν, ὁ Σώφρατες, οἷμαι ἔγωγε καὶ αὐτὸν σε τοῦτ' ἐντεθυμῆσθαι, ὅτι τοιοῦτον τι μάλισθ' ὑπολαμβάνουμεν τὴν ψυχὴν εἶναι, ὡσπερ ἐντεταμένου τοῦ σώματος ἥμῶν καὶ ἔνυεχομένου ὑπὸ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ πατεῖ ὑγροῦ.*

Componatur praeter illos quos laudavit Wytenb. ad Phaed. pag. 229, locus Aristot.: Metaph. I cap. 4: *τὰ ὡς ἐν ὑλῇς εἴδει λεγόμενα στοιχεῖα τέτταρα πρῶτος εἰπεν* [Empedocles] *οὐ μὴν χρῆται γε τέτταρι, ἀλλ᾽ ὡς δυσὶν οὖσι μόνοις, πυρὶ μὲν καθ' αὐτὸν, τοῖς δὲ ἀντικειμένοις ὡς μίᾳ φύσει, γῇ τε καὶ ἀέρι, καὶ ὑδατι τάβοι ἀν τις αὐτὸν θεωρῶν ἐν τῷ ἐπών, ubi attendendum est Aristotelem ipsius testimonio esse usum. Cf. V. Cl. Karsten, Empedoclis reliq. p. 343.*

Phaedon. p. 97 A. *Οὐκ ἀποδέχομαι ἐμαυτοῦ οὐδὲ ὡς, ἐπειδὰν ἐνί τις προσέῃ ἐν, η τὸ ξν ὁ προσετέθη, διὰ τὴν πρόσθεσιν τοῦ ἐτέρου τῷ ἐτέρῳ δύο ἐγένετο.* Locus ille de numeris ridetur a Theopompo comico, cuius verba nobis servarunt Diog. Laërt. III § 26 et, teste Meineckio (Fragm. comic. Graec. tom. II p. 796 sq.), Hesychius Milesius p. 46. Apud Diog. legimus: *Τοιοῦτος δ' ὁν, ὅμως ἐσκώφη καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῷ κομικῷ. Θεόπομπος γοῦν ἐν Αὐτοκλασει* [fabulae titulum omittit Hesych. l. l.

Apud Meinek. et Cobetum audit Ἡδυκάρης φησὶν οὕτως — — ἐν γάρ ἐστιν οὐδέ τε· τὰ δὲ δύο [Grotius in Excerpt. p. 553 τὰ δὲ δύο] μόλις ἐν ἐστιν, ὡς φησὶν Πλάτων.

Phaedon. p. 98. C. Ἀναγιγγώσκων οὐδῶν ἀνδραί τῷ μὲν νῷ οὐδὲν χρώμενον οὐδέ τινας αἰτίας ἐπαιτιώμενον εἰς τὸ διάκοσμεῖν τὰ πράγματα, αἴρας δὲ καὶ αἰθέρας καὶ ὑδατας αἰτιώμενον καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ ἀτοπα.

Comparanda sunt verba Procli (comment. in Timaeum initio): οἱ μὲν πολλοὶ τῶν πρὸ τοῦ Πλάτωνος φυσικῶν περὶ τὴν ὑλὴν διέτριψαν, οἱ μὲν ἄλλοι, οἱ δὲ ἄλλο τὸ ὑποκείμενον λέγοντες· καὶ γάρ αὖ καὶ Ἀναξαγόρας, διὸ δοκεῖ καθευδόρτων τῶν ἄλλων τὸν νοῦν πρῶτον αἰτιον τῶν γιγνομένων ἴδειν, οὐδέντεν ἐν ταῖς ἀποδόσεσι προσχρῆται τῷ Νῷ, μᾶλλον δὲ αἴρας τινάς καὶ αἰθέρας αἰτιάται τῶν γιγνομένων, ὡς ὁ ἐν Φαιδωνι Σωφράτης φησίν.

Phaedon. p. 101 D. Λεδιώς ἀν τὴν σαντοῦ σκιάν. Locis ubi proverbium illud occurrit a Wyttenb. et Ruhnkenio laudatis (vid. Ann. ad Phaed. p. 267 ubi leg. Cic. ad Attic. XV. 20 pro X. 20) addit Creuzerus (Praepar. ad Plotin. pulcrit. p. LVII) Procl. ad Tim., p. 339, haec verba: καὶ εἰδωλον ἔσαντῆς ἔσαντὴν εἶναι νομίζουσα τεθορύβηται τε καὶ ἐπιληττεται; Q. Cicer. de petit. cons. cap. 2.

Phaedon. p. 108 C. Εἰσὶ δὲ πολλοὶ καὶ θαυμαστοὶ τῆς γῆς τόποι πτέ.

Platonis mythum de terra et de tartaro interpretatur Io. Bapt. Camotius in Theophrasti Metaph. 65 B. 1) Componit cum alteris duobus Platonis locis in Gorgia et in Politia proditis, et aliorum testimoniis et sententiis amplissime illustrat.

Phaedon. p. 109 D. οἰκοῦντας γὰρ ἐν τινὶ κοίλῳ τῆς γῆς οἰεσθαι ἐπάρω αὐτῆς οἰκεῖν, καὶ τὸν ἀέρα οὐρανὸν καλεῖν, ὡς διὰ τούτου οὐρανοῦ ὄντος τὰ ἀστρα χωροῦντα.

Arridet emendatio quam proposuit Frid. Jacobs, Additamenta animadv. in Athenaei Deipnosophistae, Jenae 1809. 8. p. 35, rescribi jubens ὡς διὰ τούτου ὁρῶντας τὰ ἀστρα κτέ. Platonis verba superstructa sunt etymologiae vocabuli οὐρανός, quod derivabant ab ὁρᾶν, quasi ὁρανός, quod sit visui pervium et minime densum (ita Ambros. in Hexaëm. Cf. Steph. Thes. ling. Graecæ t. VI p. 7069 ed. Valpianæ), aut ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι ἄγω. (Cf. Phurn. de nat. deor. cap. I, ed. Gale p. 139.)

Phaedon. p. 115 E.... μηδὲ λέγῃ ἐν τῇ ταφῇ, ὡς η̄ προτίθεται Σωκράτη η̄ ἐνφέρει η̄ κατορθτεῖ.

1) Tradidit ille philosophiam Bononiae et Maceratae. Ob. a. 1591 (?) Scripsit commentarium in primum Metaphysices Theophrasti. Vide de eo „Nouv. biogr. univ.” tom. VIII (Paris. 1854.), pag. 358.

εῦ γὰρ ἴσοι, — — ὁ ἀριστερεῖ Κρίτων, τὸ μὴ παλᾶς λέγειν οὐ μόνον εἰς αὐτὸ τοῦτο πλημμελές, ἀλλὰ καὶ πακόν τι ἐμποιεῖ ταῖς ψυχαῖς.

Praeter Ciceronis Tusc. Disp. I § 103: Multam vero operam amici frustra consumsi sqq., conferenda sunt quae leguntur in opere de Legibus XII p. 959 C: εἰ δὲ τούτων οὗτως ἔχοντων οὐδέποτε οἰκοφθορεῖν χρὴ διαφεύγοντας, νομίζοντα τὸν αὐτοῦ τοῦτον εἶναι τὸν τῶν σαρκῶν δύκον θαπτόμενον, ἀλλ’ ἐπεῖνον τὸν υἱὸν η ἀδελφὸν η δυτινά τις μάλισθ ἡγεῖται ποθῶν θάπτειν, οἴχεσθαι περαίνοντα καὶ ἐμπιπλάντα τὴν αὐτοῦ μοῖραν πτέ.

Phaedon. p. 116 D. Ὡς ἀστεῖος, ἔφη, ἀνθρώπος καὶ παρὰ πάντα μοι τὸν χρόνον προσήγει.

Inserendum, opinor, cum Jacobsio (Additam. p. 116) ante προσήγει vocabulum πρᾶος. Saepe scribae integras voces omiserunt ob viciniam similium. Confusa sunt illa vocabula in Babrii fab. CII, ubi vide annot. Boissonadii. Ratio commutationis reddi potest verbis Frid. Jac. Bast (commentat. palaeogr. p. 740 sq.): „vocallis Alpha interdum significatur sola lineola superscripta literae antecedenti. — Sed lineola tali modo superscripta cum facile possit negligi, non mirum librarios Alpha saepius neglexisse.”

A D D I T A M E N T A.

- P. 10. nota I. Librum Caroli Meiners maxima cum benevolentia ad me misit V. Clar. Domela Nieuwenhuis. Neque minus in libris suppeditandis opem mihi ferre recusavit V. Clar. W. G. Pluygers, Bibliothecae Acad. Leidensis Praefectus, cuius haud vulgarem humanitatem gratus agnosco.
- P. 11. Ex quo tempore prodiit Jacobi Bruckeri Historia Critica Philosophiae ad Socratis ingenium cognoscendum imprimis Xenoph. consulitur. Mirum est illius operis nullam mentionem fieri ab Alb. Schwegler. De fontibus unde Socratis notitia hauritur vid. Brandis, Handb. d. Gesch. d. Gr.-Röm. Philos. tom. II p. 1 p. 21 sqq.
- P. 12 nota. Plethonis libelli editio anni 1552 memoratur a Doct. J. A. Ortloff: Handbuch d. Gesch. d. Philos., Erlang. 1798, tom. I p. 195. Consentit cum eo Krugius, Encycl.-philos. Lexicon, Suppl. p. 51, sed Tennemann: Grundr. d. Gesch. d. Philos. ed. Wendt pag. 301 citat a. 1522.
- P. 18. Narrationem de Sophrone tradunt Diog. Laërt. III : § 18, Olympiod. vita Plat. § 5, Athen. XI p. 504 B, 505 C. Ceterum conf. Hermann: Gesch. u. Syst. I p. 407.

- P. 19. Epigramma Σωκρ. Σαυ. κτέ. legitur in Brancii Analectis tom. III pag. 265.
- P. 23. Sententiam suam Cobetus in Novis Lectionibus (Lugd. Bat. 1858. 8. p. 692) defendit his verbis: „Neutra in ος adjectiva composita formant iu — ἡς exeuntia, δέος ἀδεής, γένος ἀγενής, κλέος ἀκλέης, βλάβης ἀβλαβίης, aliaque quam plurima: τὸ νεῖκος igitur ex analogia certissima φιλονεικής ex sese peperisset, ut Πολυνεικῆς quem frater in Phoenissis νεικέων ἐπώνυμον dicit esse. Sed νίκη φιλόνεικος format ut κακλίνεικος.”
- P. 24. „Pro litera ε̄ in codicibus passim legitur diphthongus ε̄ι: cuius rei causa esse potest pronuntiatio Graecorum ε̄ι, η̄, ε̄, ο̄ et ε̄υ eodem sono efferentium. — Sed de hac causa nunc non loquor: hoc volo, in *vetustis* codicibus qualis est Cod. Palat. 398, Platon. 1807 etc. certas quasdam voces ex more antiquissimo diphthongum ε̄ι habere scriptam pro simplici ε̄, quando haec vocalis producitur.” Cf. Bast, Comment. palaeogr. p. 720. Ao. 1854 Lipsiae edita sunt „Additamenta ad Cic. Platon. libros X, editos a C. E. Chr. Scheidero.” Hic libellus imprimis confert ad pleniorum notitiam Cod. A. Paris
- P. 60. Locum ex Cic. Epist. ad Attic. indicavit mihi V. Clar. J. Geel: Lettre à M. Hase, pag. 26.
- P. 65. De compendiis vocabulorum permultis locis agitur in editione Gregorii quam curavit Schaefer., tomm. II. Vid. Index Graecus passim et Index Latinus s. v. „compendia.”
- P. 67 Exempla talis paronomasiac, si tanti esset, facile augeri possent tum e Platone tum ex aliis scriptoribus. Cum usu vocis σκύλωξ nostro loco conferantur Latinorum *catus*, *vetus*, *juvenca*, *pullus* pro cane, bove, equo.
- Pag. 67 nota. Procli commentarius in Platon. lib. X de Rep. editus est in Spicileg. Romano, Tom. VIII.
- P. 68 nota. In Indice Latino qui adjectus est tomo alteri

- Greg. Corinth. Ed. Schaeff. centum et quot excurrit laudantur hujus operis loci, ubi Villoisoni errores ostenduntur.
- P. 70. Diphili verba e Συντρόφοις allata leguntur in Harpoor. Lexic. ed. Lips. anni 1824 pag. 48, quae convenit cum pag. Gronov. 46.
- P. 72. Proverbia desumpta ex indole hujus illiusve populi multa exstant in: Paroemiographi Graeci Ed. Thom. Gaisford, Oxonii 1836. Proverbialis dictio Φονικικά ψεύδη occurrit apud Eustath. ad Odyss. p. 1757. Vid. Frid. Aug. Wolfii nota 15 Prolegom. ad Hom.
- P. 73. De ψεύται ἐπί δέοντι γενομένῳ a Platone commendato data opera egit G. Gernhard: Quaestionum Platonicarum spec. alterum, Vimariae 1804. 4. Hujus opusculi censuram a Car. Frid. Hermann conscriptam vide in Zeitschr. f. d. Alterth. w. 1842 p. 537 sqq. Gernhardus rem explicandam putaverat e communi antiquitatis opinione quae calliditatem cum facundia solebat admirari. Aliter Hermannus, cuius verba haec sunt (pag. 540): Es ist dem Erzieher sowohl als dem Gesetzgeber oder Leiter eines Staates vergönnt zur Täuschung seine Zuflucht zu nehmen, wo der Sinn des Zöglings oder Untergebenen zu blöde oder beschränkt ist um die Wahrheit und das Rechte in seinem eigenthümlichen Gewande fassen und auch aneignen zu können. Nun gilt diesz freilich aus demselben Grunde auch lediglich für die Weisen oder Philosophen, wie sie Plato insbesondere an die Spitze seines idealen Staatsgebäudes stellt; der Meister „durf die Form zerbrechen mit weiser Hand zur rechten Zeit“ — jedem andern und namentlich auch dem blosz empirischen Praktiker wird es dagegen mit derselben Strenge verboten, wie man dem Kinde ein gefährliches Werkzeug oder dem Laien die Anwendung eines giftigen Arzneimittels entzieht (Rep. III p. 389), und hieraus folgt denn auch von selbst der Grund weshalb

in den Gesetzen wo die persönliche Anwesenheit des Weisen, wie gleichsam des Arztes wegfällt (Polit. p. 295 C) der Gebrauch der Lüge lieber ganz untersagt als möglichem Missbrauche Vorwand gegeben wird.

P. 75. Pro μέγαλα scribendum monui μέγα τι. In Commendatione palaeogr. p. 858 sq. Bastius: „in codicibus, inquit, neque voces singulae tam accurate separatae, neque literae unius ejusdemque vocis ubique tam continua serie junctae sunt, ut nunc a hypotheticis nostris fieri solet. Duplex hoc veterum scribarum vitium ingentes in dirimendis vocibus errores peperit.”

P. 76. Praeter Bekkerum verba σμικρά ιδέα τιμιώτερον ita explicavit Schneider tum in Edit. tum in Additamentis ad Civ. Plat. libros X pag. 50, ubi ad dictionem illam conferri monet Horat. Sat. I, 6 v. 110.: „Hoc ego comodius, quam tu, praecclare senator, *Millibus atque aliis vivo.*”

Pag. 80. Verba ἐνταῦθα δὲ πρὸς φαντάσματα retinenda esse docet ipse sensus qui sine his mancus est.

Pag. ead. Num forte praeplacet alia haec sententia, duplex esse scholion: ἀλλὶ δὲ ὄνομα δηλοῖ — et λέγοι ἐν τῷ ψυχῇ. Hunc locum diverso modo explicare conanti, ad defensionem meam afferre liceat verba God. Hermann (Opusc. V p. 150): „Hariolari ubi nihil scitur non est ineptum, dum ne ipsa inepta sit hariolatio.” Commandant conjecturam antea propositam verba Bastii: comment palacogr. pag. 762: „Alia nota tachygraphicæ syllabæ εὐ multum similis est literæ Eta. Confer voces εὐ τῷ cum voce μένων tab. VII num. 17 e codice Parisiensi 133. Ideo confusa μέν et μῆ. Vid. Epist. p. 84 et Gregor. p. 586 nota o., ubi monui codicem Orionis Theb. perperam dare ἔμεν pro ἔμη, it pag. 596.” Ibid. in nota: „Xenoph. Hier. I : 28 εὐ μὴ ξένη γάμη. Pro μῆ cum alii legissent μέν, factum

est, ut nonnulli, utrumque iungentes, scripserint ἀν μὲν ξένην, " sqq. In Additam. suis pag. 58 sq. Schneiderus refutat Winckelmanni conjecturam qui legendum proposuerat ἂλλ' ὁ ἀν μόνου θηλοῖ πρὸς τὴν ἔξετασιν σαφεῖα, ὁ λέγει ἐν ψυχῇ. Deinde monet (p. 59) originem glossematis investigaturos ut conferant Platonis verba, de Legg. I p. 633 A. et Galen. Εἰςαγωγῆς διαλεκτικῆς pag. 12.

T H E S E S.

I.

Sophocl. Antig. v. 429 pro θεοῖσι legatur θανοῦσι.

II.

Plut., vita Solon. cap. 18 : ὁρῶς θίζοντος τοῦ νομοθέτου τοὺς πολίτας ὥσπερ ἐνὸς μέρους συναισθάνεσθαι καὶ συναλγεῖν. Pro ἐνὸς μέρους — συναισθάνεσθαι Plutarcho restituatur ἐνὸς μέρη — συνήδεσθαι.

III.

Ibid. in verbis: *καὶ πᾶν ἀγειν ἀμφισβήτημα πρὸς εἰσίνος* corrigatur: *πᾶν ἀναγειν*.

IV.

Phaedon. p. 85 A. rescribendum videtur: *αὐτὴ ή τ' ἀγδὼν καὶ χελιδὼν καὶ οἱ ἔποψι, οὓς δῆ φασι.*
Vulgo legitur pro *οὖς* neutr. plur. *ἄ*.

V.

Apud Cic., de Senect. cap. XVI § 58, cum V. Doct. Nauck pro *utrum* legendum est *utcumque*.

VI.

In Horat. Ep. II, 1 v. 58: „dicitur Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi” verbum *properare* interpretandum est *cito gressu sequi s. prope accedere ad.*

VII.

Horatii versum: Sat. II, 2 : 29: „Carne tamen quamvis distat nil hac magis illa” si deleveris omnia bene procedunt.

VIII.

Herod., II cap. 123, verbis *οἱ μὲν πρότεροι — οἱ δὲ ὕστεροι* significantur Orphici et Pythagorei.

IX.

In Horatii Sat. I : 4 v. 11. vocabulum *tollere* accipiendum est notione expungendi.

X.

T. Pomponius Atticus non referendus est ad germanos Epicuri discipulos.

XI.

Cicero in Opere de Legibus secutus est Chrysippum.

XII.

Oratio funebris Lysiae abjudicanda est.

XIII.

Ratio, cur Octavianii indoles duos indole inter se admodum dissimiles ostendat viros, redditur voce quam moriens emisisse traditur a Suetonio (in Vita cap. 99): *Eequid iis videretur mimum vitae commode transegisse.*

XIV.

Chares ὁ εἰσαγγελεὺς hoc munus non videtur ges-
sisse in aula Alexandri.

XV.

Quam habeat vim natura soli ad formandos incolas
luculenter docet Aegyptus.

XVI.

Si Lutherus non fuisset, vix dubium est quin alius
prodiisset Reformator.

XVII.

Renatum literarum studium ipsum per se non po-
tuisset sacrorum emendationem saec. XVI efficere.

XVIII.

Phaedon. p. 62 B vocabulo *φροντίδης* significatur
cancer animi.

XIX.

Nimiam accurationem commendavit Ernestius (Spec.
Castig. Wetsten. p. 7) monens: „in libris excutien-
dis nihil quamvis tenue quamvis vitiosum negligen-
dum est.”

XX.

Non probanda est Beckeri sententia, primis tempo-
ribus in comitiis calatis praeside Pontifice Maximo
creatos esse tribunos plebis.

XXI.

Nomen veteris tribus Atticae fuit **Τελεοντες**, qui ita dicuntur a vocabulo *γελεῖν*.

XXII.

Posterioris aetatis apud Romanos fuit census equester.

XXIII.

Non omni dubio caret conjectura V. Clar. J. P. N. Land, Gen. XLIX : 9 emendantis מלוּח et קְרָבָה.

XXIV.

In Pseudo-Jonathani Paraphrasi: Gen. III: 3 distinguendum est post תִּסְוִוִּין

XXV.

Ibid. vers. 7. vocabulum טוֹפְרָא cur adhibitum sit ab auctore non videtur explicari posse, nisi attendatur ad soni similitudinem cum vocabulo טַרְפָּה.

XXVI.

Duris Samius „Historias” perduxit usque ad Seleuci mortem.

XXVII.

Ne negligatur monitum V. Doct. Naber (Gids 1864 p. 379): waar men een schoolboek behoeft verkies ik voor mij — die boeken, die — onwetenschappelijk van inhoud — beneden den tegenwoordigen stand van het middelbaar onderwijs als men beweert, eenvoudig ingerigt en zonder omhaal kunnen dienen om lessen te laten leeren.



E R R A T A.

Pag.	2	lin.	3	(notae 2)	<i>πεθάναις</i>	lege	<i>περιθάναις</i>			
"	6	"	11		classed.	a.	"	classic.	ed.	a.
"	7	"	9		relig.	"	reliq.			
"	7	"	22		res-pondeat	"	re-spondeat			
"	24	"	2	C. C. E. Schneid.	"	C. E. C. Schneid.				
"	45	"	15		nullis locus	"	nullus locus			
"	68	"	20		Mehler	"	Meh-ler			

Ubi vis pro *Laertius* lege *Laërtius*. Quae praeterea propter loci distantiam et temporis augustias remanserunt hypothetae menda ipse corrigat benevolus lector.

